



Argumentum

Cum Deo proxima sint Regia capita: Natalitias vero inter Divini Pueri ferias laetissimus ad nos nuncius venerit de Philippi Prosperi Hispaniarum Infantis exortu: et nobis, et ipsi et Deo iucundum fore putavimus, si Pastoritia Ser.mo Ecloga, tum elogijs insignibus, et Epigrammatis Infan=tis utriusq Natalis inter se gaudia coniugamus. In Divin. Pueri nobis sac.ae paginae lemmata pro elogia suppeditabimus. Utriusq vero insignia, et Epigramma=ta in Regium Infantem facili, et nexu, et deductione consentient. Dabunt vero picturae materiae ex=pressa ex ijs aliqua, quibus Regij huius Infanti, tamq diu exoptati partus, splendide luculenterq sua testata nuper est Roma laetitias.

De Infantis Diuini Natali ecloga

Diuini Natalis auspicijs nato nuper Hispani Regis Infanti fausta omnia ominantur

Daphnis, & Melibeus

Daph. O Melibœe, oculis dedit hæc uigilantibus æther,
Quæ mihi fixa manent memori spectacula corde?
Et memori dum uita aderit, mihi corde manebunt?
Sum uigil? et mecum uigilas, Melibœe? soporem
An uana somnus nos ludit imagine noctis?
Mel. Daphni, eadem dubitas, mihi quæ sub pectore magnis
sollicitant animum curis; tot mira tuenti
Surripuere mihi mentemque, fidemque: sed ipse
Alloquor hic Daphnim, sedeoque hic proximus igni.
Et quercum hanc nostram, et nostrum contemplor ouile,
Quod licet ingentem septis non occupet agrum,
Grex tamen ipse decens, alijsque uenustior errat.
D. Et tibi nunc, quo calamus dependet ab ramo,
Quo montana beas, Melibœe, cacumina, et omnis
Audita respondet curuis in uallibus Echo.
M. Et te propter adest tua fistula, Daphni, uolantes
Qua cursum modulante auræ tenuere, quieuit

Suspenso

Suspenso cita Lympha gradu: radicibus arbor
Euulsis, sylua nimium mirante, cucurrit.
D. Vidi et ego, Melibœe, tua quid arundine possis.
Ille Deus calamo septemplice Nonacrinæ
Arcas Hamadryadis Pan consolatus amorē,
Dum tua cum motis properant ad carmina syluis
Mitia depositis terroribus ora ferarū,
Ipse etiam Nymphas suspensis auribus inter
Adstitit, et dulci dedit in certamine palmā.
M. Non mihi conueniunt hæc tantæ nomina laudis,
Daphni: tuæ memoras, quæ sint præconia famæ.
D. Officijs dedimus satis hæc, Melibœe; sed ipsi
Quæ tam mira tamen nuper spectauimus, atque
Seruamus memores, uix hæc mendacia somni
Crediderim humanæ miracula fingere menti.
M. Quam mera nocte dies media resplenduit! ô si
Conspicienda diu mihi sors hæc tanta dedisset,
Omne pecus potui obliuisci; nec mihi posthac
Aut campis agnos, interue fruteta capellas
Pascere cura foret; caulas qui hanc possit, habeto.
D. Formosa quisquis nimis ardes Phyllida, Phyllis
Nunc alio tibi frigeret sub corde, nec illam
Spectata superum formosam pube uocares.
M. O Corydon, Corydon, te nec torreret Alexis
Aetherios spectare semel dignatus Ephebos:
Castus honos pubis castos afflabat amores.
D. Quantus erat frontis, uincebat lilia candor!

M. Quantus

M. Quantus pupillis superat uaccinia nigror!
D. Cede rose, murex, dicebat purpura uultus.
M. Cedite, dicebant rubicundis labra corallis.
D. Non adamas nitidis contendere dentibus ausit.
M. Gloria non flauis cedet Phryxea capillis.
D. Afflatosque superis nullum Ver gignet odores.
M. Et nulli superum numeros imitentur olores.
D. Carminis utinam possem, ceu uerba, referre
Sic Melitze modos: saxis properantibus Urbem
Maiore Thebis, meliorque Amphione possem
Condere: sed numeri si desunt, uerba loquamur.
Gloria sit Coelo, regnet Pax una terris:
Hæc homini in terris, Coeloque sit illa Tonanti.
O quoties dulci hæc in carmine uerba redibant!
Lingua tenet uoces, numeros non ore tenemus,
Hæc faciens homini; memori tamen usque recurrunt
Respondentque animo. M. mihi dulcis personat Echo,
Me etiam mihi, Daphni, beant præcordia uoces.
Gaudia labuntur Coelo, Coelum omne liquatur
Ambrosia in pluuias, liquidisque in nectaris amnes.
D. Sed quorsum, Melitze, diu sic nostra sedendo
Gaudia differimus! properemus cernere coram
Quæ superum cecinit pubes, nostroque uicissim

Hæc

Hæc iuga respondeant, nemora hæc, hæc flumina cantu.

M. Incipe Daphni prius, calamo te deinde canentem
Ceû Pandionias imitabor Pica uolucres,
Dulcisonum stridens referam ueluti anser olorem.

D. Cælo gloria sit, regnet Pax aurea terris.
Aurea iam redeunt felicis sæcula uitæ:
Lacte fluent amnes, stillabunt ilice mella:
Sponte dabit Cerere tellus inarata: legentur
Sponte sua incultis maturæ sentibus uuæ.
Iam ueteris cedent, cedent uestigia culpæ.
Cœlo gloria sit, regnet pax aurea terris.

M. Terris aurea pax regnet, sit gloria Cælo.
Pascite nunc campis sine fraude uirentibus herbas,
Pascite nunc herbas, periere aconita, capellæ.
Dant herbæ distenta nouis, dant ubera lacte
Surgere, et teneros adolescere pulchrius hœdos,
Qui uirides inter saltus cum matribus errant.
Terris aurea pax regnet, sit gloria Cælo.

D. Cælo gloria sit, regnet pax aurea terris.
Ite umbrosum pecudes nemus, ite capellæ:
Iam discet seruare fidem, iam parcet ouili
Innocuo Lupus, et pecoris per prata furore
Deposito Leo ductor erit: nunc abibat herbis
Florantes pecus Aurora, et sua pabula dente
Securus

Securo carpat, quas non malus inficit anguis.
Coelo gloria sit, regnet pax aurea terris.
M. Terris aurea Pax regnet, sit gloria Coelo.
Tu quoq. Satatu immunis secura soporem
Carpe licet placidus tota in nocte, quiesca.
Non timor est, auidus ne turbet ouilia praedo:
Neu rabidos metuant rictus, tremoresq. ululatus
Quamuis desertos errent armenta per agros.
Defendit Coelum pecudes, defendit et agros.
Terris aurea Pax regnet, sit gloria Coelo.
D. Coelo gloria sit, regnet Pax aurea terris.
Felices campi, fortunatiq. coloni:
Parcite nequicquam duro indulgere labori
Agricolae, iam sponte sua feret omnia tellus
Cernitis ut matris frondosa brachia curuant
Arborei foetus. maturat gaudia tellus,
Et iugi Autumno foecundus proferet annus.
Coelo gloria sit, regnet Pax aurea terris.
M. Terris aurea Pax regnet, sit gloria Coelo.
Et iugi Ver Autumno concordia iunget
Perpetua: pomis adnasci lilia passim
Gaudebunt, uiolisq. rosae, et colocasia acanthis
Mixta pyros inter, cerasosq, et persica, et uuas,
Castaneasq. et nuces toto fundentur in anno.

Serta dabunt flores, accedent poma corollis.
Terris aurea pax regnet, sit gloria Cœlo.
D. Et prope iam Bethles cantando venimus antra.
Nonne vides, Melibœe! dies ut sole coruscat
In gremio noctis: Puer ille an nascitur Infans
Quem superi cecinere chori? mora nulla citatis
Deuoro præpes iter pedibus: tu deinde sequeris.
M. Immo ego te præeo; volucres mihi commodat alas
Et stimulat non segnis amor: D. velocior Euris
Et Borea licet effugeres: mi. tantus amoris
Ardor agit: trifidosque precurrat fulminis ignes.
M. Quamquam Euros plantis, Boreasque et fulmina gestes,
Tu mihi torpedo, testudoque, Daphni, videris.
Iam teneo, dum prima moves vestigia, metam.
D. Prædicet hæc gratis venalis gloria linguæ:
Ore satis cita verba volant. M. quin tendere cursus
Carceribus liceat pariter. Iam curre, licebit.
D. Iam curro, ingrediorque prior. M. Iam, Daphni, propero.
D. Iam teneo, Melibœe, antrum. Mene ergo putabas
Mene pedum superare fuga? stupor altus anhelum
Sed me quis iubet attonitis consistere plantis?
Quis Puer ille iacet ~~tam~~ duro tàm mollis in antro?
M. Quis Puer ah rigidi recubat præsepis acutis,
Et riget in paleis, Puer ille tenerrimus, ille

Candidus

Candidus, et rubicundus, amans, et amabilis Infans.

D. Ah Infans terræq; salus, Cœliq; uoluptas,
Pauper in hoc stabulo uagisq;, tremisq;, geluq;,
Immitemq; hyemem pateris, noctisq; pruinas!

M. Horrida bruma procul, procul hinc discedite Nimbi.
Ah scelus est, impie, scelus est in membra Puelli
Desæuire, Noti. D. Nunc ò mitescite cautes;
Nunc ò sub teneris tenerescite saxa Puello.

M. Æole nunc Boreā preme sub rupe gelante.
Mitte Pater, tepidi nunc flamina mitte Fauoni.

D. Sed mihi cur flatibus perflat torrentibus Auster.
Ah nimio calo, nimis illo flante liquesco.

M. O Cœlo rupes nimis inuidiosa, Dynastæ
Posthabita Superi rutila quā sede frequentant.

D. Tu quoq; cū miti nimis ò Bos compare felix,
Quorū frigidulus Puer illo calescit ab ore.

M. Castaneas, et poma fero, sed mitia poma.
Et pyra cū nucibus, modici munuscula ruris:
ò Genitrix (multo si conspicer) ò Dea cœli,
Et tu, quæ tanto pertentant sydera passu,
Sancte senex, modici ne spernite munera ruris:
Sospes hic æternū sic uosq; sospitet Infans.

D. Et mihi uimineo uariantia sunt calathisco
Dona noui Lactis, tenerē seu cōdita iunco,

Seu niueos placeant flores imitata lageris
Siue aliter malis compressa coagula palmis,
Cuncta mihi hoc calatho sunt dona recentia mulctrę.
Hęc tibi Sancte Senex, tibi, Diua Puerpera, dono.
M. Dulcia sunt et apum mihi munera. D. Sunt mihi et uuę
Seruatę nuper selecta è uite recentes.
M. Sunt gemini hic agni modò rapti ex ubere Matris.
D. Sunt hędi hic totidem simplex foetura Parentis.
M. Hęc tibi Pupe fero, D. Dico hęc tibi Pupe: M. D. libamus
Hęc tibi dona, tuis libamus et oscula plantis.
M. At mihi quis sensus, quis me mihi surripit ęstus!
D. Quis mihi tam subito pręcordia torruit igne!
M. Distrahor, D. Inflammor, M. Rapior. D. Consumor. M. Amoris
Hic furor est magni. D. Magni est hic feruor amoris.
M. O tibi quis tantum diuina Puerpera Natum
Quis superum indulsit! mortali è semine terris
Non poterat nasci Puer hic; Coeliq; Deiq;
Foetus hic est; Coelum pręfert Puer ore, Deumq;.
Ut uidi, ut sensus, ut me mihi surpuit Infans!
D. Ut tetigi, ut uultus, ut cor mihi torruit Infans!
M. Felici, ò nimium felix es Coniuge Coniux
Astra quibus tantum, et Deus indulsere Puellum.
D. En erit, antiquum Puer hic pede conteret anguem,
Calcibus insidiatorem muliebribus anguem.

M. Eneria

M. Eveniet, hic primus delebit semina culpae;
Et Charis hoc terras Puero ducente reviset.
D. Terras ipse videbit, et ipse videbitur illis,
Ipse Deus miseras solatus ab aethere terras.
M. Aspicis Infantis lacrymas? sunt semina risus.
Ipsa suis lacrymis sic lilia laeta seruntur.
D. Vagitus hunc audis? faustum iam praecinit omen:
Sic gemitu Veris portendit gaudia Progne.
M. Iam venti posuere. D. Minas deponet Olympus.
M. Iam nimbi effugere. D. Serenat gratia Coelum.
M. Astra colunt superi. D. Superos nos astra colemus.
M. In Puero Deus est. D. homo iam Deus incipit esse.
M. Incipit esse Deus, Deus o, Deus incipit esse
Certus homo moriturus homo! Iam sentio Numen.
D. Sentio congestis plena sub mente Tonante.
M. Daphni vides? oculis quae largo saecula nostris
Se pandunt ventura sinu? D. Iam sera tuenti
Unde mihi properat tam festinata voluptas?
Sanguinis Austriaci germen Regale, Philippe
Nasceris quandoque Infans: te condita Nato
Perfundent terras, perfundent gaudia Coelum.
M. Exoptate venis, ades expectate, vocantes
Audisti tandem Puer, o ter maxime Mundo.
Bethlemii hoc primus Pueri tibi concinit omen,

Tempora te longa, illum secula suspirarunt.

D. Ergo age, ceu Regno, sic omine proximus astris,
Infantem hunc Infans divinum Regius olim
O utinam primo referens imitatus ab ortu,
Pacato æthereus Puer hic ceu nascitur orbe,
Sic te compositus pacante sentiat orbis.

M. Bethlemium terris hunc astra dedere Puellum:
Austriacis eadem dederunt te sydera Regnis.
Aeternis hic soboles Pace devexit ab astris.
Progenie Ditis tu bella fugabis in oras.

D. Sanguine cur iunctos dirimant bella impia Reges.
Ah pereat, iunctos dirimit qui sanguine Reges.

M. Sequana iam Baeti concordibus influat undis.
Discordes ne fluant, concors quibus influit æther?

D. Militibus dantur cur debita prata colonis?

M. Cur hastæ hic horrent, ubi fas est ponere vites?

D. Eripite ah gladijs ferrum, debetur aratris.

M. Quid metitis populos? seges est pacata metenda.

D. Servat oves Pastor, procul à præsepibus arcet
Prædones, et tutis pecori dat pascua campis.

M. Dira gregem quandoque lues si vexat, amati
Tabescit pecoris miseratus funera Pastor.

D. Ah quis in hæc tendens desævit ovilia prædo!
Thrax Lupus, ille Lupus rapit heu magalia Bethles.

M. Mittite

M. Mittite in hunc lapides: D. gladios hunc stringite contra.
M. Sumite in hunc iras: D. huic irritate Lyciscas.
M. Nullus Tęnareus rabiem despumat Averni.
D. Tęnare: hic Prędo sit deniq. pręda Tyranni.
M. Immeritis tandem populis ô parcite Reges.
Parcite quid Belga, aut Italus, quid Gallus, Iberq.
Heu meruere, Bethles quos Infans diligit? idem
Sed Thraci infensus Puer est: ô parcite amanti
Jam Puero, populis nisi parcere vultis amatis.
D. Ardor agit Regni fines proferre? fugato
Hinc procul, hic Regni fines proferte, Tyranno.
Fletus uni tunc uertia dabit uictoria Diti,
Et uertia tellus pręda gaudebit, et ęther.
M. Gloria sit Coelo, regnet pax aurea terris
Bethlemio superi Puero nascente canebant.
D. Aurea pax terris regnet, sit gloria Coelo,
Hęc Pueri ad cunas totus canat orbis Iberi.
M. Sic uenero Bethles Pueri Melibeus ad antrum.
D. Austriacos Pueri ueneor sic Daphnis ad ortus.
M. Annue dive Puer. D. nostris Puer annue uotis.
M. Tunc Bethle, et superi, gemino et aus Coniuge Natus
Perpetuum mihi carmen erunt: hęc nomina ualles,
Hęc nemora à nostris discent resonare cicutis.
Hęc eadem in patulę describam cortice fagi;

Et memorem Senij praebebo Nepotibus umbra.
Hæc qui non meminit, nec dignus sole, nec umbra.
D. At mihi tunc patrij nec cura, nec ullius ovilis
Ardor erit: tecum modica hæc magalia Bethles
Quæ colis ipse, colam; uel quò gradiere, sequutus
Te tua perpetuo insistam uestigia gressu.
Mille habeat felix numerosa armenta Menalcas
Unus pro quovis grege tu mihi sufficis Agnus.

Ad Bethlemicũ Infantẽ

Omnes Gentes servient ei

Ps. 71.

Unius in omnes Imperium
Tam esse non potest hominis, quam est Dei,
Excelsa epigraphen, et augusta,
Omnes gentes servient ei,
Regalis Aulæ postibus
Aeternitura hominũ prudentia insculpsisset.
Sed hanc Dei sapientia
Mapali verax inscripsit.
Implevit eventus oraculũ.
Quis enim eius detrectet obsequiũ,
Cuius de plenitudine omnes accepimus!
Coeli Conditor editus in stabulo,
Dives fide, et prodigus
Cui ipsius sint omnia, nihil habet:
Adeo nempe, quia omnia nobis dedit, et sese.
Ut quos nec corrumperet, nec corrumpentiũ thesaurũ nobis
effoderet, desiluit in cavernã.
Sapientia enim thesaurus eius sit,
Voluit illic eos dumtaxat vere divites, ac Reges esse,
Non qui haberent plurima,
Sed qui cuperent nihil.
Ambigite iã, an servire Deo regnare sit:
Sapientia tam excelsa Deo qui servit,
Parum est, si Regem dicas, est Deus.

Ad Catholici Regis Infantem
Insigne.

Turbo igneus pictura insignis est, incipiens
primo succendi, cum Epigraphe,
Dilatabitur.
sensim quippe in altum sese evehentes calami
dilatantur,
Eo gloriam, Regnumque Hispaniae Infantis
Latius provehendam innuimus.
Insigni Epigramma subiicimus

Feruet arundineus sublimi in pegmate textus,
Vnaque succendit flammula mille tubos.
Mille furunt calami, et sibi et certo ordine sensim
Expanso pompae turbine quisque petit.
Mirante illustris prodit se gloria nocte,
Et micat aethereis aemula tota plagis.
Talis es, et tanto satus omine nascens Infans:
Fulgores, et vires natus ab igne trahis.
Mox etiam Regno tua dilatabitur aucto,
Et volet esse suis gloria maior Auis.
Hoc tibi flammato sit par cum turbine: dispar
Quid volo? vive diu tu iugis, ut ille brevis.

Ad Puerum Bethlemicum.

Et nox sicut dies illuminabitur.

Psal. 138.

Quantas orbi noctes scelus offuderat!
Inde iam terrarum populi ambulabant in tenebris.
Sed noctes nascendo solfugat,
Et Iustitiae diuinus sol
Suo exortu
Humanae noctem depulit iniquitatis.
Quam uere hac luce nascente
Sicut dies illuminata nox erit,
Cum aberrantes a Caelo, tanto ambulauint in lumine,
Vt uiam arctam, et angustam ianuam
Homines potuerint inuenire salutis!
Et lucem uere magnam uidit populus tenebrarum:
Cum diuino doctus, et ductus exemplo,
Quae antea fugiebat, sequi tunc caepit,
Fugeretque sequebatur.
Voluptates, opes, honores,
Vmbram tam cum deposuerit antea, ceu mendacium felicitatis,
Illam deinde ad solis diuini lucem exhorruit,
In qua rerum omnium didicit,
Et sui amare contemptum.
Neuos usquam peregrinantes in terris a Domino
Errorum nox comprehendat,
Hoc in lumine ambulate mortales.

Ad Catholici Regis Infantem Insigne.

Varia festis ignibus excitandis materiem
paratam expressimus:
Dicto Lemmate;
Cum fulserit Hesperus
Conceptamq in Urbe Lætitia indicavimus,
Ad Hispanum Hesperi,
Regij Infantis exortu
illustrius exhibendam;
Hoc Epigramma subtexuimus

Nutrimenta vides, variis quæ multa paratu
Expectant avidas pascere nocte faces!
Ardebunt festi, cum fulserit Hesperus, ignes,
Sulfura quos pascent, dolia, cera, pices.
Sidera tunc flammis imitabitur æmula tellus:
Sed referent terræ sidera nocte diem.
Et tibi quos plausus, quæ nos concepit Urbis
Gaudia, terrarum ô gloria, Magne Puer!
Haec tibi te peperit tandem nascente Philippe;
Et plusquam facibus Mundus, amore flagrat.
Nec variam ille escam poscit: satis unus amanti
Nã tu proquovis fomite fomes eris.

Ad Regium Hispaniarum Infantem.

Murale tormentum insigni pictura effinximus,
notâque sic inuimus.
Cum terrore uoluptas.
Terroris (nescio quid habent explosa
uel in plausum tormenta muralia.
Et suo Regius Infans natali
ita quidem suos exhilarat,
Vt etiam hostes absterreat.
sententiam hanc
Epigramma sic explicat.

Et flammam, et tonitum tormentum è mœnibus, auris
Perculsis simul, ac auribus ecuomit.
Iecta licet durâ non fundant uiscera glande sui,
Murmura terroris, sed tamen ipsa habent.
Editus in sceptrum uenit ecce Philippus Iberum,
Et Puer in cunis dum gemit ille, tonat.
Non iras ignarus adhuc armauit in hostes:
Hostibus exortu, sed uenit ipse timor.
Plaudite nascenti tormenta explosa Philippo:
Lætitiæ mixtus, plaudite, terror eat.
Gaudia sic tantum laetus orbi proferat Infans,
Sufficit arcendis hostibus ipse timor.

Ad Puerum Bethlemiticum

Positus est hic in ruinam, et in resurrectionem. Luc. 2.

Quam verè nequam, et in maligno positus
Mundus est,
Qui beneficia nescit accipere, nedum dare!
Ad servandos omnibus venerit in terras Deus,
Adhuc divinus hic Puer
In ruinam positus est,
Et in resurrectionem multorum.
Pastores propinquos è caula,
Reges peregrinos ex aula
Cœlo Puer destinans, vocat in stabulum.
Herodes interim, et Hierosolyma turbantur.
ô insana vota mortalium!
Ad eius illa Civitas commovetur adventum,
Quæ hæreditarijs Patrum votis
Vt veniret tamdiu suspiraverat.
Sed quid illa optaret, ostendit,
Quæ, quod dabatur, recusavit accipere.
Cum præter opes, pompamque nil cuperet,
Pauperem ut vidit, et humilem
Suum Hierosolyma Vindicem, Regemque contempsit.
Infelix! quam caro stetit hic illi contemptus!
Extorrem ubique populum nemo non despicit.
Humilitas interim adorata Christi quid contulit!
Cum alta sapientes cadavera essent homines,
Extincta superbia humilium fecit anastasim.

Ad Diuinum Infantem.

Stillabunt montes dulcedinem

Joelis. 3.

Amicum quod et naturę, et gratię dulce est.
Sed è dulci gratię sic fortes prodeunt,
Ut egressa quondam est è forti dulcedo.
Animos contra naturę dulce sic emollit
Ut nunquam cum mollibus constitit fortitudo.
Dulcedo gratię est, quę stillat è montibus,
Quorum cum magis abrupta sunt culmina,
Fortius uirtus exprimit inde dulcedinem.
Incommoda, nuditas, cruciatus, ęrumnę
Rerum egestas omnium
Quàm prerupti saltus,
Quàm confragosa sunt iuga!
Diuinus hęc ferendo superauit Infantulus.
Quantum quęritis,
Experserit inde dulcedinis?
Post ipsum qui cruciantur, et lugent,
Ęrumnosi, et pauperes sunt beati.
Tam dulci semel ebrius mero qui fuerit,
Humana oblitus, et sese
Insanię sapientis extasi
Unum loquitur, et sapit
Deum.

Ad Hispaniarum Infantem
Insigne.

Fonte liberaliter fluente uino depinximus, sic inscriptum.

Mera gaudia fundit.

Ingenuamque lætitiam, quæ in omnes ex Hispani Infantis natali permanauit, expressimus.
Puero dimidiis epigrammate sic expenimus.

Bacchus amat fontes, procul hinc discedite Nymphæ,
Non gelida, ardenti nunc fluit amne latex.
Dulce rubens crater populo mera gaudia fundit,
Lætitiæque bibunt agmina densa Deum.
Nunc hilares plaudis amor est agitare choreas:
Nunc festus in triuijs io triumphe sonat.
Præstitit hæc Vrbi Liber: tu dulcior orbi
Hæc præstas orbi gaudia, Magne Puer.
Cætera mixta metu ueniebant gaudia, miles
Seu palmas Victor, seu daret Indus opes.
Nunc mera lætitia est, ueraque, metuque carens:
Tu palmas, unus, tu dabis unus opes.

Ad Diuinum Infantem

Formidabunt aduersarij eius.

Lib. Regum p.° cap. 2.

In stabulum sese demisit Altissimus:
Quicumque alta sapitis, nunc timete.
Superbiae Principe debellaturus,
sua Maiestate deposita,
In nostra Deus humilitate congreditur.
Metuite Reges
Nouus Cometa Coronatos ex oriente Sole
Magos euocans,
Nouos Reges, noua Regna portendit.
Colitur ab his auro paupertas,
Thure adoletur stabulum,
Myrrha feritatum ad cunas.
Ne factum hoc temere putetis, aut perpera,
Qui haec praestitere,
Felici astro deducti,
Boni erant Astrologi.
In illo ergo sidere mutanda Regna uidebant,
Quando quae Principes inspiciant,
Potestatis insignia in antro deponeret,
In Coeli Reges pauperes uiderant inaugurandos.
Ne iam ultra Babele cogitate Gigantes,
superbiae conatus et lingua
Altissimus eludit humilis, et Verbum Infans.

Ad Hispaniarum Infantem

Insigne

Tuba expressimus cum Epigraphe,

Animos, et fortibus auget.

Et Regij Infantis exortu Hispanos
insita virtute fortissimos
amplius adhuc ad ardua omnia
animatos ostendimus.

Dicto subiecto, sic Epigrammate
explicauimus.

Belliger instructo fervescit milite campus,
Hinnitus ferox praelia poscit equus.
Interea valido tuba personat aura canore:
Illa viris animos, illa ministrat equis.
Quot generosa parit, quantosq Hispania Marte
Martigenis dicant Regna subacta viris.
Mollia non frangunt, patientia durat Iberos:
Vincit durato milite bella labor.
Nunc satus, ecce viris animos, et fortibus auget
Ille Infans votum, spes, amor Hispaniae.
Audis? vagitu Infantis tuba Martia clangit:
Innuis Infans quid facit ille? animos.

Ad Diuinum Infantem.

Ipse erit expectatio Gentium
Gen. 49.

Spes magnas animus
sine ingenti cruciatu non parturit.
Suo torquentur uota conceptu,
Et si quę tempore quocumq. differtur
Animum spes omnis affligit,
Quas sollicitos mortales habuit
Dilata salutis spes tanta tot secula?
Sed è Coelo tandem ades in terris
Et magna, et longa nimis, Expectatio Gentium.
Votis, suspirijs,
Tanquam nubibus Coelum Patres obduxerant:
Ex illis, rorante Coelo Justi pluuiam expectabant.
Sed modicum hic, et modicum ibi,
Expecta, reexpecta, expecta,
Veniens ueniet, et non tardabit,
Promissis fatigabat Deus patientiam seculorum.
Rorarunt Coeli denique,
Et aperta tellus est germinans Saluatorem.
Fructus alij præcoces amant perbreui perituros:
Hic in fine temporum natus, æternitati maturuit.
Iam te expectasse non piget,
Desiderium Collium æternorum.
Cætera uota, quæ diu non tenentur, excruciant,
Te etiam qui desiderando sustinent, sunt beati.

Ad Hispaniarum Infantem
Insigne.

Musicas quatuor vocum notas
figuræ insignis aptavimus,
ea modulata arte,
Vt a suspiro dulciter incipiant,
artificiosa moræ duritie
ipsos concentus augeant suavitate.
Hispani ortus Infantis sua mora dulcior indicat
Hanc sententiam epigramma sic evolvit.

Musica dum vocum textu, nodoq voluptas
Incipit, industri sistitur arte moræ.
Expectata diu suspensis auribus aures
Plenius effuso nectaris amne beat.
Quot te Regna diu suspiravere, Philippe!
Dixere ô quoties Regna, Philippe, veni.
Tu tamen ah nimium poteras dulcedo morari,
Duraq tunc populis spes, metus asperabat.
Venisti tandem tantus dulcedine, Regnis
O Infans quantus nasceris Hesperiis.
Tempore dulcis eras quocumq, Philippe, venires
Vt tua sit dulcis vel mora, serò venis.

6 N1 15

IN ACCENSAS FACES
ad praesepe, in die natalitiorum,
AETERNI REGNI,
AETERNI PRINCIPIS,
Laetitiae, et auspicii indices,

EPIGRAMMA.

Fama refer, flammat tanto cur lumine TELLUS?
Igne POLI, igne SOLUM, haec ANTRA quoque igne
Quae caussa? IGNIS, AMOR. flagrant nunc omnia am...
Hinc PUER, hinc VIRGO est; hinc POLUS, hincque SOL...
Ille, atque haec, utriusque; ast ultima et illa, utriusque.
DI facite, aeternum mutuus hic sit AMOR.

Gratus calore devotionis effud...

Valentiae 1610

In easdem faces, & Stellam auream,
& ANTRUM aureum,
EPIGRAMMA.

Cernis ut innumeris nunc luceat ignibus ANTRUM?
& sonet accensis spissa lucerna focis?
Flamma nitore suo sic STELLAE verberat aurum
& tremulum parvâ spargit in AEDE jubar.
Ergo micant ignes, atque aurea STELLA refulget:
Sic nova lux tenebras pellit ab ~~[illegible]~~ orbe procul.
Ast mage STELLA nitet ~~[illegible]~~ ~~fulgebant~~ quando LUX lumine major
Irradiat. ~~micat~~ Splendent sic POLUS, ASTRA, ~~[illegible]~~ SOLUM.

Pangebam
Devotionis ergô.

N 16

A las fiestas que su Magestad
manda hazer al naçimiento del
Principe, su hijo,

SONETO

con metafora continuada.

Exiit edictum a Caesare Augusto.

Manda Cesar Augusto en cielo y tierra
Se hagan fiestas al Principe naçido:
Por esso vn nuevo edicto oy ha querido
Se pregone, y aquesto en suma encierra.
Primò la escura noche se destierra,
Sucedan luzes, fuegos, y luzido
Se muestre el estrellado; y convertido
En dulce canto, el llanto; en paz, la guerra.
De la corte a los grandes oy se avisa
Apresten juegos de armas azeradas,
Salgan de fiesta, y aya bizarria.
Sea de tela de oro la divisa:
Libreas viejas, cortas, o prestadas,
Su Magestad prohibe en este dia.

Para

Al Nacimiento de Christo

SONETO Enigmatico.

Raras visiones tuve essotro dia:
Convertido en enano vi un Gigante:
Vi en noche escura el Sol claro radiante,
Y arder un fuego immenso en agua fria.
Vi un incendio de amor que consumia
El amoroso pecho de un amante,
Divino parecia su semblante:
Vi como en agua el fuego mas ardia.
Vi un coraçon deshecho por los ojos;
Como, dos fuentes perlas distilavan:
Vi hecha madre a una Virgen pura.
Dexar vi el ofendido sus enojos:
Como, ligeras aves gorgeavan,
Y juntos el saber y la locura.

Al Nacimiento y Lagrimas de Cristo Señor nuestro.

Soneto.

Que nueva luz? que rayos? que centellas,
Alumbran con su luz? o cosa rara!
Buelvense las tinieblas en luz clara,
Y esparze Febo sus madexas bellas.
Llegan las hebras de oro fino dellas
Hasta el centro del orbe, donde para
Su resplandor divino, que declara
El nuevo Sol, gran paz, claras estrellas.
Y aunque la sequedad a nuestro suelo
Le aflija mucho; mas el Sol nacido
Vapor excita, nubes sube al cielo,
Deshaze las en agua, y ya crecido
Sale de madre el Jndo. gran consuelo!
Ha las lluvias en perlas convertido.

POËTAE
Ad D. Josephum, ad praesepe Domini
Uni genu innitentem.

EPIGRAMMA
paraeneticum, atque protrepticum,
per Anadiplosin.

Flecte genu, Josephe, precor; cave verba Pöetae:
Ut fugias modulos, crede mihi, flecte genu.
Flecte genu: sic saepe solet, dum templa revisit,
Rustica progenies flectere: flecte genu.
Flecte genu: Deus, iste puer, quem cernis; at olli
Aligeri amba tenent flexa: reflecte genu.
Flecte genu: sacra Virgo tenet si genua reflexa,
Est quae te major, tu quoque flecte genu.
Flecte genu, atque Pöeta sinet tibi dicere, Joseph,
Majores modulos: at cave, flecte genu.
Non flectis, Josephe, genu? dum vita manebit,
Inflexum teneas hoc, nec utrumque move.

D. Josephus Poëtis respondet, per eamdem Anadiplosin.

EPIGRAMMA.

Discite pro modulis modulos sperare Poëtae:
Unum si flecto, flectite utrumque genu.
Flectite utrumque genu: bello Mars perfidus omni
Communis residet: flectite utrumque genu.
Flectere utrumque genu me, dicitis, ante Puellum,
Aeternum Regem; ast unum ego flecto genu.
Unum ego flecto genu, Pueri nec temno decorem:
Regia ut aula docet flectere, flecto genu.
Unum flecto genu; vos flectite utrumque Poëtae,
Si majus decus est flectere utrumque genu.
Dum mihi vita, genu non mobile vultis utrumque:
Hoc erit; ast vobis, flectere utrumque vol

AD

CHRISTUM. DOMINUM
NATUM. CIRCUM-CISUM
LACRUMANTEM. AMANTEM

APOSTROPHE. ELEGIACA

QUAMTULAMCUMQUE
REVERENDISSIMO. EPISCOPO. CORONENSI
DOMINO. MEO
VOVEO. DICO. CONSECRO. QUE

CHRISTE, Dei soboles, hominum lumén-que, salús-que.
Haec capias servi paucula verba tui.
Ecquis tantus amor superis te excivit ab oris,
Nudus ut in stabulo, ceu puer, acré fleas?
Aligeri, pars magna Poli, mirantur, in antro
Et paleis Dominum delituisse suum.
Maxima si toto sonuerunt gaudia mundo.
Non bené conveniunt fletibus illa tuis.
Ora madent lacrymis, rivi sunt undique ocelli:
Lubrica sic tanto flumine stagnat humus.

Est patula insanis haec parva domuncula ventis:
Artubus et glacies, haec malè tuta tuis.
Frigore torta cutis: tuguri vix tegmina cerno:
Incidit in tenerum (heu!) algida bruma caput.
Bos, asinus-que fovent nudum Regem: est tamen ille
Non regalis honos; ast inhonorus honos.
Cerno quidem regale genus te ducere Divûm:
Sed, quae, non video, regia sceptra geras.
En tua regna patent Marti pugnare feroci:
Crede mihi, in bellum Dux malè nudus abit.
Bella labella, rosis vernantibus aemula, livent:
Flammeolos-que oculos unda tenella premit.
His lacrymis, decus omne suum ora decora decorem
Amittent, sistant ni gemini amnis aquae.
Deliciae superûm-que, hominum-que, polûm-que, solûm-que
Gloria, jam lacrymis, hoc rogo, parce tuis.
O sine, CHRISTE, precor, tantos tolerare labores.
Me miserum! sinet haud tantus amantis amor.
Hoc reor: haud etenim superat labor ullus amorem:
Impia sic vincet frigora tantus amor.
IESULE, dulcis amor, si nullus amaror amori
Insit; at acris amor, dum quis amaror inest.
CHRISTE, tuo est acris commistus amaror amori,
Quando tuâ est potior nostra salute salus.

Vincit

Vincit amarus amor, tua cùm jam membra tenella
Caedantur. caedit quis, rogo? amarus amor.
Caedit amarus amor, salit inde cruor-que, dolore
Solvuntur membra: at vincit amarus amor.
Omnia vincit amor: nam factus dulcis amaror,
Cum fuit immistus dulcis amantis amor.
IESVLE, dulcis amor, miseri sunt algida servi
Corda; sed ignisetrix frigora pellat amor.
Me tua flamma tui pelleret, ut urar amore;
Sed glacialis hiems intima cordis habet.
Vt redamem tanto flagrante lacessor amore;
Vt redamem, me adamas; sed mihi cor adamas.
Cor adamante mihi duro est (pro!) durius ipso;
Nec domat hic tenues, qui fluit, iste cruor.
Cor tamen ad tactum, ceu marmora dura, resistit;
Nec cruor, aut ardens pectora mollit amor.
IESVLE, da mihi, da misero munuscula servo:
ALGEAM AMORE MEI: TORREAR IGNE TVI.

A. Pratus pangebam
devotionis ergò.

Ad Domini Natalicia.

EMBOLIUM.

Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator mundi.

LEMMA.

Gaudia magna fero, est vobis hoc tempore natus
Sol, Fax, Lux; Dux, Rex, gloria, vita, salus.

Ad Circumcisionem Domini,

Distichon.

En hodie Puero jam membra tenella secantur:
Atque datum superis nomen IESVS habet.

Pangebam

Haec Genitrix, Geniti vultu dum lumina pascit:
Ast tacitus tacitè plura ministrat amor.

Quae verba faceret BEATA VIRGO,
quum in PUERUM recens natum respectaret.

PROSOPOPOEIA.

PUSIO mi, coeli lux clara, ô dulcis OCELLE,
Cara PATRIS soboles: da mihi, BELLE, genas.
Oscula mille dabo: sunt haec solatia MATRI:
Dulces lacrymulas sic bibet ipsa tuas.
Ne, GENITE, in fluidum laticem tabescat ocellus:
Hoc mage formosus, non POLUS, ASTRA, SOLUM.
MATRIS in amplexus rue, ne penetrabile frigus
Laedat: VIRGINEUM, IESULE, PECTUS habe.
Pectus habe, lactis sugant alimenta labella:
Ut decus es COELI, REX eris ipse SOLI.
Aureus es PUER, ALIGERUM tu gaudia, tu mî
PRINCEPS, REX, DOMINUS, SOL, DEUS, unus AMOR

Pro primo praemio
devotio pangebam.

Quae poterat dicere BEATA VIRGO ad IESVLVM recens natum.

ETHOPOEIA.

O formose PVER, quam vera es imago PARENTIS!
Te melius coelum, te nihil orbis habet.
Deliciae superûm, MATRI oscula dulcia fige,
Et tua sint collo brachia nexa meo.
Quid, mea lux, tantus vagitus verberat auram,
Pér-que genas lacrymae, fluminis instar, eunt?
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Virginea haec MATRIS pectora tegmen erunt.
PVSIO dulcis, AMOR merus, aureus orbis OCELLVS
Es: nivei succum, IESVLE, lactis habe.
O utinam vivas aeterna in saecula felix!
Ô, mea LVX, vives, GLORIA, VITA, DEVS.

Praelatus pro primo praemio.

Adventus Regum Magorum ad Praesepe Domini,

BRACHYGRAPHIA.

Carmen Sapphicum Hendecasyllabum, cum Adonio.

ODE

Dícólos, Tetrastrophos.

— ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ — ◡
— ◡ ◡ — —

SIDVS Eois radians ab oris
Tres MAGOS REGES monet antra Bethlem
Gressibus lustrent, ubi nati IESVS
Numen adorent.

Exeunt citi simul inde, fixis
Vultibus STELLAE, properant-que, ducit
Quâ jubar coeli nitidum, SABAEA
Dona ferenteis.

Quod viam SIGNVM priùs indicabat,
Iam supra INFANTEM, tiguri-que culmen
Imminens pendet: locus iste, (fatur)
REX ubi natus.

At MAGI, post-quam repperêre CVNAS
IESVLI, promunt tria dona, Reges
Offerunt AVRVM cui, THVS-que, MYRRHAM,
Alter, & alter.

O PVER! Regum dominum, Deum-que
Te, inquiunt, solum colimus supremum,
Nos tui servi: tua regna faxis
Possideamus.

A las lagrimas del niño Dios,

SONETO.

PERLAS, qu'en sacras CONCHAS encerradas
Os tuvo del ORIENTE el mar profundo,
Salis a las riberas deste MUNDO,
De pechos codiciosos desseadas.
Adorno soys de telas encarnadas
Que cubren el SER DIVINO, en fecundo
Y Virgineo SUELO, qu'es sin segundo
LABOR de sabias manos, fabricadas.
Esta gososo el universo suelo
De recebiros, o divinas PERLAS:
El MUNDO afirma que jamas a visto
Otras mas finas, ni espera el CIELO
De mayor valor en el orbe verlas,
Qual de sus ojos oy os vierte CRISTO

A la Virgen Maria, nuestra Señora.

Soneto

prossonetico.

Virgen, que al Sol, y Luna resulgente
Vences en claridad y en hermosura;
Que los espejos de cristal mas pura,
Y mas que Armenios montes eminente.
Ya-que cantar de ti cumplidamente
Pudo jamas humana criatura;
Callando, està mi lengua mas segura,
Adorando tu grandeza humilmente.
Bien que algo en tu honor haber desséo;
Mas tanto resplandor me quita el tino,
Y mi baxo y corto estilo emmudece.
A ti, o Virgen sacra, todo su empleo
Dirige este siervo, y a tu Sol divino;
Y al Hijo y Madre de servir, se ofrece.

Vitoria para el Aula de Mayores, hecha en [illegible]
11 de Julio. de 1668.

C

Don Thomas Clavero

Introductio. et aclamatio Victoriae.

Nox erat, et taciti properabat Cynthia horis
(Pegasei sublimis honos, et gloria caeli)
Per medium diffusa polum; vaga sidera nocti
Fulgebant tremulo, tenuique per aethera vultu.
Membra soporifero dederam sub forte grabato,
Fuderat et segni Morpheus tepefacta liquore.
Utque faciem tacito pallentem Cynthia ~~[illegible]~~ mundo
Luxerat, ecce jubar subiit in penetrale, locumque
Augustat radiis; volucer succedit ephebus
Insignis facie, et niveis pulcherrimus alis,
Membra laborato pulchre decorabat ab ostro
Gestabat geminos oculis adamantas apertis,
Irrutila passos distinguere jaspide crines.
Puniceo chlamydem de murice pinxit, et auro
Insignes humeris sublimibus addidit alas.
Hunc niveis oculis, et fronte serenus amoena,
Et placido (quali laetantur sidera) vultu,
Quid tu cimmeriis pigrescis alumne sub umbris
Segnis, ait? Laudisque pares oblitus avitae
Pandere? sacra sepelire quaeris arena?
Nullaque Apollineos tibi cura ciere sodales?
Ipse mihi in somnis adstantem agnoscere visus
Excipio: O segnes, iuvenum pulcherrime cessa
Exprobrare moras: dudum non sponte moramur,
Sed sumus e imperiis huc immortalibus acti.
Ante ciere nefas, quam nos iterata reverti
Fata velint; durant Scipione superstite curae
Ipse gemitu comitante dedi: neque excipit ales:
Parce metu, iam parce, dedit, dedit improba poenas
Crudeli cum Regis manus: consumpto funebris
Servitiis Scipionis, et implacabile ferrum
Extincto sensit cladem nescire tyranno.
Surge, age, rumpe moras, gratosque repete sodales,
Ingeminent plausus devicto ex hoste triumphum,
Omnia tuta vides. Ita fatus ad alta recessit
Stellati convexa poli; retrahere euntem
Iam visit, et pennis ventorum adversa secantem

Quatum seposita est
venit ab orbe [illegible]

[illegible] : quale Gortynia quando
Arcubus excussa sonuerunt spicula nervo,
Evolat, et visus festina relinquit arundo:
Aut quoties sera vigilans de nocte, cadentes
Praecipiti stellas ferri videt impete Pastor,
Praestringunt oculos properatis motibus ignes.
Ergo sub Aurorae matura crepuscula, laetum
Cantibus visi aperire sodalibus omen.
Initus ipse labor, nam iam vulgata per omnes
Fama volat revocata iugis Permessidos, urbes
Devicti memorans Scythiae nobile lethum.
Et procerum stragem, funes quos ultima fratris
Pergere Lethaeas comites sibi iussit in undas.
Plauserunt hilares ad tanta oracula ~~[illegible]~~ Musae,
Plauserant Nymphae, quique alto vertice montis
Affuerat, capripes concussit cornua Faunus,
Et triplices carmen scripsere adamante sorores.
Vos age, nunc hilares, certatim laeta iuventus
Romulidum operata sacris, accurrite mecum
Badileum celebrare novum clamore ~~triumphum~~ trophaeum:
Qualia nec castae pepli intexta Minervae
Solemni veteres lustro explicuistis Athenae,
Picta rubro quoties animantur praelia cocco.
Nec veteres immensum fuerint quae sparsa per orbem
Gloria septena celebret spectacula fama.
Nam neque belligeri Babylon pulsata quadrigis
Moenia, nec liquido pomaria pendula caelo
Conferat, aut dextris construxit altaria Delos
Cornibus, aut vasti molem Rhodos aurea Phoebi.
Non cares Mausole tui culmina busti,
Phidiacum non Elei ebur, nec ipsa superbas
Pyramidas iactet lascivi lingua Canopi.
Namque haec aut valido Neptuni plaga tridenti
Aut telo humanae [illegible] trahere ruinam.
Aut tractus nimbi, aut ira obnoxia Tauri,
Aut tacitis lenti exierunt dentibus aevi.
At manet aeternum, et seros excurret in annos
~~[illegible]~~ Annibalis laurus, dum lucida sidera mundo
Fulgebunt, dum sol nigris orietur ab Indis,
Phoebea luciferi adeunt dum curribus Eos,
Dumque fluet spirans, refluetque reciproca Thetis,
Dum mixta alternas capient elementa figuras,
Semper erit magni ducis immortale trophaeum.

Et quis io, juvenes, tanti miracula plausus
Aspiciens rex se immensos terrasque marisque
Prospectare putet tractus? hic ubere largo
Luxuriant segetes, hic mollia gramina tondet
Armentum, hic lentis amicitur vitibus ulmus;
Illinc muscoso tollunt se robora trunco,
Hinc maria alta patent, bibulis hic squallet arenis
Littus, atque hic gelidi decurrunt montibus amnes;
Hinc vasta incumbunt rupes, hinc scrupea pandunt
Antra sinus, illinc valles cubuere reductae,
Et diversis pulcrum faciei attemperat orbem.
Sic sese variis in vultus gloria ducis
Induit, et vasto nunc torrentis impete fertur
Fluminis in morem, sicco nunc aret in alveo
Nunc sese laxat, nunc expatiata coercet,
Nunc inculta decet, nunc blandis plena renidet
Floribus, interdum pulcre simul omnia miscet.
Ergo Pieridum grates accite sorores
Castalidum pulsate lyras, vox insonet io
Vicit io. Annibalis vis insuperabilis io. [Ahzen todos io, io, io.]

P. Augustin Stillera

1 Quae tam seposita est, quae gens tam barbara, Caesar,
Ex qua spectator non sit in urbe tua.

Totum terrarum orbem Romanos in Amphitheatro ludos spectandi causa, et Augustum Caesarem salutandi studio confluxisse, cantat epigrammate ~~ad~~ advocat Bilbilitanus vati, et semo praeter morem. Ea nempe vi studium oculis captandi nova, et effrenus aper. ut nata principibus adulandi voluntas mortalium animos rapit, ut locorum intercapedines ne videant, neque dedecus adulationis (vel ut melius mutatis tantillum elementis dixerim) a laudibus (vel ut melius mutatis tantillum elementis dixerim) impedimento esse existimant. dentibus imminens, ne galeam obtrudant, impedimento esse existimant. Quin imo dum laudibus Principes extollunt suos, libidine adulantur sua, adeo arcto inter se connectuntur vinculo, et propria in ipsa libido, et aliena in principe commendatio.

Adulationis nutrimentum, adulandi amor est, inquit philosophico pallio dignissimus Senex. Adulationis scopus, ambitionis est scopulus, ait Per Fulliginera Perfulliganus. Quod capulum lucerna, hoc adulationi praestat ambitio, inquit, praefulgens lucerna Tyrianus. Adulandi studium inane est palea, quae humi defixa iacet, nisi levibus ambitionis flabellis veluti ventorum inane ludibrium extollatur.

Lyra est audientium animos liquido voluptatis illicio titillans, quae muta tacet, quae elinguis silet, quae infans obmutescit, si fides ciere negaveant religatae libidinis manus. Scapha est, quae quieta in malacia diesque inter alcyonios, quasi arctata vinculis, et impedita compedibus sistit, nisi alterna ventorumque undarumque vicissitudine concutiatur. Pila est, quae reciproca colludentium repercussione rotatur, quam nisi manuum ictus excutiant

—— non sublimis in aethera fertur,
Sed procumbit humi, tellurique pronaque inhaeret.

Una est adulatio, quae sicut fama eundo, sic ipsa vires acquirit amando non laudatum, sed adulantem, non illum, quem commendatio extollit, sed ipsum a quo commendatio dimanat.

Atque haec omnia non extra rem congesserim, si meridiana luce clarius appareat, quam scite, et ad amussim Bilbilitanus Vates spectantium libidinem, cum adulantium ambitione copulaverit. Nos vero, invicte Imperator, neque adulationis studium tua ut celebremus facinora allicit, neque libidinis indulgentia tuos ut inspiciamus triumphos excitat. Parem utrique studio, et praeclare res gestae, et triumphalis solemnis ovationis apparatus materiem subministrat. Utrique tamen studio supersedentes Themidi, Eubuliaeque fraenos injicimus, ut dum silemus, ulterio dignior appareas, dumque nihil ambimus, tuas celebrare virtutes incorrupti videamur.

Quae tam seposita est [.] Parese hiperbole poetico desir que ninguna nacion por remota faltava a los espectaculos del Amphitheatro; pero halla Marcial apoyo en la authoridad de Suetonio, que dise que sucedio tal vez morir algunos ahogados por la multitud de gente
1. estranjera. En tiempo de estos numerosos concursos, sucedio, como advirtio Sambrino, el caso que celebra Marcial, quando cayendo un pedaso de yelo de la canal de un tejado, e hiriendo en el cuello a un niño forastero le degollo:

Qua vicina pluit Vipsanis porta columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis.
In jugulum pueri qui roscida templa subibat
Decidit hyberno praegravis unda gelu.
Cumque peregisset miseri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Quid non saeva sibi voluit fortuna licere?
Aut ubi mors non est si jugulatis aquae?

Pagarlo aora traduciendo:

En el portico Vipsano | a quien frondosos laureles
donde cien columnas ay, | sombras en coronas dan.

Donde el agua no resuena,
engañosa su humedad
a las losas comunica
resvaladero al pisar.
A un segundo Ganimedes
que al templo iva a ministrar
iriò en el cuello del yelo
un cristalino puñal.
Con que inexorable el hado
cortò el estambre vital

no bien comenzado aun,
q.do mal cortado ya.
Acabò el infante bello,
comenzando su crueldad
la fortuna, con quien nada
pueden belleza, ni edad.
Que no quiso esta cruel
que pudiesse executar.
o adonde no esta la muerte
aguas, si assi degollais.

Tam barbara.] Tanto mas barbara, quanto mas apartada de Roma: quo remotior ab Urbe, eo barbarior, interpreto Radero. Tenian los Romanos por barbaras todas las naciones del mundo excepto la Grecia. Pero los Griegos a mas estendieron su atrevel; pues no solo a las otras Provincias, pero aun a los Romanos llamavan barbaros. Plauto dixe de si, que havia vertido una Tragedia Griega en Idioma barbaro, esto es en lenguage latino. Y en la Ley 6.a Digest. de Curatoribus Lex Barbara es lo mismo que lex Romana. Pero con especialidad los latinos llamaron barbaros a los Egipcios por distinguirlos de los Griegos: pues Nigidio escriviendo sus Fenomenos, en que explica las calidades, e influxos del cielo de Egipto y Grecia, llama al primer libro Sphera Barbarica, y al 2.o Grecanica: Barbarica por contener el temperamento de Egipto. Grecanica por explicar las calidades de Grecia. Firmico a las costumbres de Egipto como por antonomasia las llamo costumbres barbaras. Lucano: Conjux barbarico dormisset tertia lecto: habla de una muger Egipciaca. El mismo Marcial hablando de la Metropoli de Egipto: Barbara Pyramydum sileat miracula Memphis. Y su interprete sobre este lugar: Porro Aegyptum latini signate
dixere barbaram ad Graecorum distinctionem. 2.
In Urbe tua.] Habla con el Cesar, y llama a Roma Ciudad 3.
suya, por ser la Cabeza, y Metropoli de su Imperio. Terrarum Dea, gentiumq. Roma, la llamo el mismo Poeta. Dicese Urbs Caesaris aquella en q. el Cesar habita, como Constantinopolis en la que Constantino mora. Muchos sienten q. llama Marcial Ciudad del Cesar a Roma por haver reparado sus ruinas: no me descontenta la explicacion, y mas acordandome, que poco antes hablando con Domiciano le dixo, que con su liberalidad, y poder se havia restituido Roma a si misma: Reddita Roma sibi est & sunt te praeside Caesar. Deliciae populi, quae fuerant Domini.

El mayor ingenio del passado siglo, Julio Cesar Escaligero celebra a Roma con el siguiente sublime Epigrama:

Vos septemgemini coelestia pignora montes,
Vosq. triumphali moenia structa manu,
Testor, adeste, audite sacri commercia cantus,
Et latos animos in mea vota date.
Vobis dicturus meritis illustribus Urbes
Has ego primicias, primaq. sacra fero.
Quin te unam laudans omnes comprenderit, orbem
Non Urbem qui te noverit ille canet.
Convirtiendo el nombre de Roma se formo una ingeniosa reversion, y a uno que satisfacia que este nombre Roma buelto al reves dize amor, porque es centro del amor profano, el ingenioso, y erudito Mafeio Barberino despues Santissimo P.e Urbano 8.o coronando esta gran cabeza del mundo, no menos de Laureles, que de las tres Coronas, respondio que Roma es Amor, porque como Madre universal del mundo abraza todas las naciones, y pueblos:
Nomen si invertas amor est, & congruit illi
Nam pius in populos cuncta subegit amor.
Oyese traduccion:
Roma, Amor dize leido
al contrario, que si amor
mas que su grande valor
el mundo todo ha rendido.

Fran.co Laserna. 2

Venit ab Orpheo cultor Rodopeius Hemo
Venit & epoto Sarmata pastus equo.

A los alegres regozijos de los espectaculos del Anfiteatro, y a las felizes aclamaciones del Cesar concurrio lo mas barbaro, y cruel de las naciones del mundo. Hallaronse los de Tracia: Cultor Rhodopeius. No faltaron los Sarmatas: Venit & Sarmata. No pudiero aquellos aplausos, aunque empeños de la generosa magnifica.a de un Cesar librarse de los achaques, a que por ser gozos humanos con necessidad fatal havian de estar sugetos. Entro a la parte de un alegre aplauso, lo que havia de ser mat.o de un vivo sentimiento; fue la crueldad, y daño ageno ocasion del regozijo, y contento propio, propria condicion de los hum.os placeres,
Que nunca al cumplimiento lleno aspiran
Mientras otros no gimen, y suspiran.
Et varios penetrare locos
Doctum moribus Indos
Oreque dogmata virtutis
Quid gessere veloces
Hic Loiola datis Patribus
Remanet Coetus in urbe

Divini amoris incendio totus aestuabat Ignatius ode Monocolos

Corripit ignis
viscera Sancti
Intrat in almum
Pectus Atlantis
Ignis ardens
Cordaque fervens
Lumine tali
Pectore clauso.
Quaeritur unde
venerit Ignis
Pectus in istud.
Si caret omni
quod patet orbi
Terra per optans
Coelica solum
unde favillas
Censeo labi.
Namque focorum
Est locus Axis
Is quae videtur
Certius omni.

Nam cupit Hero
Regno tonantis
ut solet ignis
Nam sua sedes
et tibi flamma
Cantaber Atlas,
viscera raptat
Prendit amorem
Cordaque confert
Ad sua tecta
In genis ista
Omnibus orbis
et cupis illos
Tollere mundo
In bona regno
Ignis ad instar
Angulis exples
Nominis omen
Atque proinde
Est tua sedes
Debita coelum
Altero quamvis
digna de essent.

Versus concurrentes Sancti Ignatii Opponitur venen.

Cantabrius et Cyprius } Iuvenem Opponit { removeri provolvi Luthero } curat { ab igne in ignem

Ignatius et Lutherus } christum { Sociis libris } augere { peroptat renuat

Ignatius opponitur Luthero. Epigr.

L aedat Templa licet Dni, velut Hydra Lutherus:
I aceat, ut Alcidas ipsius iste caput.
V astet uti in Sylvis rapidus Lupus omnia, nempe
G estit laetitia, ut praeda futura sua.
T runcet, ut ungue Leo fidei, si saxa retorto
N ectet iam ipse manus funibus eius atris.
H orrida tetrum Halat, fuset ore, ut vipera virus;
A t Loiola ejices eius aget sobolis
E t quando feriat Seps Haeresi, ut impius orbem;
T unc etiam veniet, qui terat ille caput.
R aptor erit cordis, praedorum, ut Tigris, humani
I mpediet praedae, ne rapiantur acre
V rget in orbe sacros, sicut flamma, ille fideles;
V rit, ut Ignatius vividus ignis eum.
S i Lutherus in mundo tot patras damna cruenta;
S ic Loiola facis cuncta patrata nihil.

Laedis, vastas, truncas, Halas, et Rapis, urges
Hydra, Lupusque Leo, vipera, flamma, Tigris
Jacis, gestis, Nectis, agis, feris, Impedis, uris
Herculis instar Hydras, Ignis, et instar eum.

Germaniae Calamitas deploratur. Ode dic. distrop.

Heu miseranda clades!
Heu ferocis Rhenicolae terribilis ruina!
Tu quae vides acerbas
In fidem Leges sceleratâ violata templa
Sacra Dei chiperô
Teque bello Teutona formidine atra refestam,

72 75

Hae regium tremendum.
Sed dolores ejce, fortissimus ille ipse
Omnipotentis Heros
Iam propinquat qui caput atrox resecabit Hydrae
Non aliter Sibilla
ph. Delfica responso Phrigi olim cecinere fata:
Non de erit Latinis
Fortis aliter, (dixit) Achilles erat ipse Turnus
Sors licet illa vera
Non fuit, nam Aeacidae dilaceravit illum.
At secus ille quamquam
Victus in pugna, a fidei contrariis triumphat.
Prodigium, Lethes Lutherus
Fortis Heros Ignatius, dilanians chimeram.

Agno in stagno merso iuvenem a flagitio revocat.
Ode Dicolos Distrophos.

Flammis dum rapidis Dardana Pergama
vastat Graia Proles
Sub tantis retinens illa periculis
Capys, incendia flumnum
Flammam medio Patris ut aspicit
vitam Aeneia vita
Constanter recipit mille per hostium
Trucium tela cruenta
Confectisque subit pondus amabile
Humero aetate Parentis.
Est atri calidis, pestifer ignibus
locus accensus Averni
Hic flammis Iuvenis cor Cypriis calens
Erat ardentis amoris
Testantur gemitus solicito dolor
Lachrymis ora resolvit.

Loiolæ, et miseratus iuvenis Fuerat
Subito mersi in undis.
Non ut Dardanus ille eripuit Patrem
Humeris Patris nec ullo
Dulcis pellit amor: sed pietas sua
Insignita coëgit:
Eripit Juvenem fluctibus horridis
Erebi ad littora Coeli.
Si Æneæ egregium tollit ad æthera
Facinus Fama superstes;
Illustris Pietatis hæc meruit dei
Immortalia dona.
Beatus Ignatius Loiola An. Abiit, ut sol in Stuge atro.

ODE Dicolos Distrophos.

Postquam vicerit inclytos
Thebanos, Babilonamque subegerit
Et Susam superaverit
Persas, Persepolim sustulerit suis
Armis, Omnipotentium
Terram Magnus Alexander et Ignitæ
Debellaverit omnia;
Faustis non poterat nobilioribus
Princeps iste frui, neque
In cuncto placidus orbe tripudiis
Indulgere magis: Moras
Longas contrahit horrenda nec Atropos
Nec communia debita
Condonavit ei filo sed abscidit
Vitæ ipsius in Stuge atrop.
Postquam Ignatius Tartareæ Stigis

Et frigu[s] gemini[s] Parcam
Se se praebet in agris,
Immeritos[que] famem populos
Patitur frigore saevo.
Haec ubi vidit amans in opem
Cupiens ista levare
Cunctis mendicis Phrygia
callet evolat urbis;
Multaq[ue] corrogat interdum
contemptis[que] ministrat
Pauperibus bona, quae motus
Solito legeret igne;
Queis miserat levat annonam
Recreans talibus omnes.
Quod neq[ue] mirandum, namq[ue]
Dona cuncti tenet[ur] apis
Et quia fautor ei Christus
Maneat dum incola Roma. — non se lo[n]ga

Εἰς τὸν τοῦ ~~αχ~~ ἁγίου Ἰγνατίου ἔπαι-
νον τὸ ἐπιτάφιον.

Ὦ ξέν' ἐμοῦ φιλέων προϊάπτεις δάκρυα μάτην
Ἢ κόσε τοῦ ἐμοῦ ὀστέα ψυχρὰ βρέχεις
3 [illegible] Γηθόσυνον γάς ἐμοί ἦν ἡ κάλπις ἀδακρυς
Ἢ καταλλάσομαι τὰς γενέας ἀγαθάς
Οὐδέν' ἐμοί ἀρχαῖας ἥρωσι χάρμματα ζωῆς
ἀλλ' ἄρτι πάντον οὐράνιος νέμομαι.

Pintese una acucena rodeada de abrojos. Lema: sicut
Lilium inter spinas.

Entre abrojos de Palacio
Acucena quieres ser
Lindo Hermano de Xavier
mejor Hijo de Ignacio. — no lo [illegible]

Coeleste responsum in Sacro Sinaxi suscipit. Epig[ramm]a

Castra cupit Gonzaga sequi, quae Calabber Atlas
Praeparat ad coelos, et meliora legit.
Haesitat hic sapiens, tanta est prudentia pusi,
Nec decernit adhuc relligionis opus
Inque suo ipsi praecepit pectore corpus
Effuditque preces fervido ore puer
Sit que de coelo Juveni cepisse videtur
Jam Ludovice potes castra cupita sequi
Nec mora festinat Coetus, Matrique, deoque
Mille refert grates, hac probus explet amor
Falleris in coeli Castris, nec fallere, namque
Non opus est coelo pectus Olimpus erat

Adhuc puer tormentum bellicam explodit. Epig[ramm]a

Alter adest, Ludovice, tibi ad certamina Mavors
Marchio qui Patris non bene munus agit
Ante belligeros vertit Gonzaga furores
Namque soli mandat martia castra sequi.
Astra tibi meliora volunt, quae castra merentur
Inclyte dux fugias Tartara bella parant.
Candidus ast fervet Lodoici sanguis ad arma
Atque proinde sibi, non mea vota capit
Hic genitor dormit, forte hac stertere sentit
Sed vigilat Juvenis, tractet ut arma manu
Sulphurei furto tormentum pulveris amat,
Explodique puer, quod timuisset Atlas
Hostis abest, cui tela paras? quid pectus anhelat?
Ut fiam aetheris praeparo tela Poli.

Profligando revicerit
Infestum agmen acerbiusque elecent
Hostem et castra libidinis
Terrenisque triumphaverit omnibus
Mundum despiciens vanum
Ardenti calidus pectore nobili
Flammis, At Numinis Aetheris
Ornataque supellectile divite
Virtutum nitilantium
Lin mente elenae perficientibus
Fulgenti moderamine
Coeli fratibus, et Sceptra sua manu
Flammis ignifero At Nepo
Conbusta retinente Ignatius sacer
Ad gaudendum abiit Poli
Summis laetitiis, alto, ut in Auge sol.

Ὠδὴ δίκωλος τετράστροφος σαπφι-
κὴ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἔπαινον
Λαμπυρίζει σήμερον εὐρυχώρης
Γῆς, ὁ Φοῖβος καὶ τ᾽ ἀναλαμβάνον φῶς
λαμπρότησι, τὰ σκοτεῖα φλογιστος
σοῦ ἀποιρουει
Λαμπρὲ ὦ Ἰγνάτιε οὐ πυρά τὰ
ἔμπνοα εἰσὶ χθονία δαδὲς σοῦ
εἰς ἐὰν στερνον πρικαὼς κρατοῦσι
οὐρανιῶν τῶν
κοσμος ἐστὶ τῷ ἀλινος πυρὶ σου
ἐν πόλους εἰσ᾽ ὠντιτετα καλῷ τῷ
ἐν κύκλῳ κεντρον, καὶ ἄγει ἐκείνῳ.
τὰ σέλα καινά.

Ὠδὴ Ἀνακρεοντικὴ ἐπὶ τὸν τοῦ ἁγίου
Ἰγνατίου ἔπαινον.

Θεὸς βλέπων τὰ πάντα
θομιδίων βασίων
βάθεα προλαμβάνει τίς
ἐν τῷ κύκλῳ πεδῆς ἄστρον
σοῦ ἀτραποῦς; ἐκεῖνος
Λοϊώλα στρατιώτης
παρόντι κείμενος τῷ
λίθῳ Πέτρῳ ὄντι
ἐγείρεται ἀπ' εὐνῆς
ὑγιής, λέγει βεβαίως
ὅμεν θέλῃς κελεύειν
σοῦ ἐστὶ καὶ θέλειν μου
ἅπαντα ἃ μοι κελεύῃς
ἀναίνομαι οὐδὲν ἤδη.

Οἱ μὲν ἄνθρωποι γλυκυτήτι ἁλόντες
τοῦ βίου τούτου ἀμελεῖς γίνονται
τοῦ βίου μέλλοντος, ἀεὶ παρόντων
εἰσὶν ἐρῶντες
Τῶν τυφλῶν τοιοῦτοι ὅμοιοι ὄντες
Πλὴν βίου τούτου μελετῶντες οὐδὲν
κινδύνους πίπτουσιν ἐπὶ μεγίστους,
καὶ σαπρὰ πολλὰ
Ἀλλ' ὅμως μνήμην συνεχῆ φρονήτως
τοῦ βίου μέλλοντος ἔχουσιν ἄλλοι.
καὶ κάλον τούτων ἐγεννήσ' Ἰγνάτιος

Σχῆμα παλαιός.

Εἰ τοσαύτη Ἰγνατίου φρόνησις
Ἤ το τοῦ ἡμῶν πατρὸς, ὥσπερ ἡ γῆ
Παντελῶς καὶ οὐρανὸς αὐτὸς ἡμῖν
τοῦτο βοῶσι.
Εἰ κότως ἄλλος δύναται καλεῖσθαι
Τοῦ χρόνου αὐτοῦ ἀληθὴς Ἰανός,
Ὃς μόνος παυροῖς νενοημέν' αὐτὸς
Πολλά τ' ἔβλεψε.

De Prudentia Sti Patris Ignatii graeco, latino ac Hispano metro. Anagr. Divus Ignatius Loiola
Janus vidi nullis nota

Quod ~~vitae~~ vitae nimio captos praesentis amore
Alterius leviter, nec meminisse iuvat:
Quique die numquam praeter praesentia semper,
Noctesque nil aliud volvere mente solent.
Caecorum similes numquam ventura videntes,
Incurrunt passim turpiter, atque ruunt.
At quoniam ipsa simul menti praesentia semper,
Ianus imago bifrons extitit ille vetus.
Ignatii si tanta fuit prudentia divi
Quam merito celebrant terra simulque poli;
Is Iano similis dicatur iure bifronti,
Hoc Loiola sonat, Div., et Ignatius.
Ut Iano vidi, quae nullis lumine nota
Extiterint seclis temporibus viris.

~~El castellano en octavas~~
~~Todos en esta vida breve, y su dulcezza~~
~~Aman con gran ecesso y solamente~~
~~Y sin cuidar jamas de la futura~~
~~No piensan, ni se buelven en su mente;~~
~~O desatino grande! o gran locura!~~
~~Sino esto que ven, esto presente:~~
~~Suelos como los ciegos estos tales~~
~~Cada passo caer en grandes males~~

98
78

Mas lo presente miro y venidero
el que es cuerdo de veras, y prudente
como mas principal, lo venidero;
y como inevitable, lo presente.
Deste como discreto verdadero
que junta las dos cosas ~~juntamente~~ cuerdamente
fue simbolo propio, y ~~muy~~ ajustado,
Jano por sus dos caras celebrado.
Haviendo S. Ignacio florecido
en tanta discrecion, que por dechado
es della con razon tan aplaudido,
y dela tierra, y cielo pregonado:
Por Jano de su siglo se ha tenido,
y de toda la yglesia assi llamado
Pues vistas fueron del, y conocidas
cosas con luz de ninguna entendidas.

Græcum

Τὴν ζωὴν μόνον οἵ ταύτην φιλέουσι παροῦσαν
Ἄλλην οὐδεμίαν φροντίδ' ἔχοντες ἀεί
Πολλάκις οὗτοι τυφλῶν εμβάλλουσιν ὅμοιοι,
καὶ πίπτουσ' αἰσχρῶς εἰς τὰ μέγιστα σαπρὰ
Ἀλλ' οὗτος λέγεται ἄλλος διμέτωπος Ἰάνος
Οὗ ὁ βίος μέλλων ἐστὶ νοῶ συνεχής.
Εἰ δε γενήθη Ἰγνατίου τὸ φρόνημα τοσοῦτο,
~~Ὥσπερ ἐστὶ καλεῖσθ' ἄλλος δὴ~~
Ὥσπερ ὁμοῦ ἡ γῆ, μαρτυρέει τε πόλος
Ἄξιος ἐστὶ καλεῖσθ' ἄλλος δηκάρηνος Ἰάνος,
Τοῦτο τότε σημαίνει Ἰγνατίου τ' ὄνομα.
Ὥσπερ Ἰάνος ἔβλεψα χρόνοις γενομένα πρῶτοις
Μηδενὲς ἀνθρώποις, οὔτε νοησόμενα.

Pintese el arbol saix rodeado de fuego. Lemo et videbat quod arderet, et non combureretur. exod 3.

Aunque siempre ardiendo estoy
Jamas el fuego me empece
Antes de luz me enriquece.

Pintese el Mundo y el Sol que por un lado le da luz y por otro las estrellas. Lemo

Mors lucrum. Ovid. 6 meta

Luzir tanto las estrellas
Del Sol indica la muerte
Pues nunca se vieron bellas
Ni arrojaron sus centellas
Sino fue por esta suerte.

Pintese el Rey Midas convirtiendo en oro quanto tocaba. Lemo: effice quodquod corpore contigero, fulvum convertat in aurum. Ovid. 11 meta

Quanto toco vuestra mano
En oro trocasteis vos
y Ignacio en gloria de dios.

Pintese una llama de fuego. Lemo fulgebunt iusti et tanquam scintillae. Sapientia 3.

Si el fuego quiere quemar
Procure encubrir su nombre
Que es ya la essencia del hombre
Propissima el abrasar.

Coes, et victor, epistola Igno. carmen Acrosticon
Inclitus Ignatius Jaculis Jaculatur Janum
Gemmato Geminae Generose Gaudia Gignit.
Nascitur Nebulis Nutritur Nectare Nardi
Adversas Amor Ambages Abrumpit Amantis
Tartarei Tenebroso Tremit Interritus Tecto
Igneus Ignatius Jaculis Impugnat Iniquum
Venatur Vexet vulnerat undique verbis
Scinditur Sancta, Sedisque Scilla Sagitta.

trij

Ὠδὴ μονόκωλος Ἀνακρεοντικὴ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἔπαινον Ἰγνάτιος ἐν λίμνῃ.

Ἐπυρπολεῖ ἔφηβος
Μοχθηρίας ἔρωτος
Ἀτρωμίας δυσειδής·
Καταλαμβάνειν ἰησοῦν
Ἐπιποτέει νίκη τον·
Ὤρώμεται μόλις πῦρ,
Ὅτει υμνὸς ~~εστ~~ ἔμβαλαυτον
Εἰσ βύτον, ὑγρον ὕδωρ
Δρέπεται νέος δυσειδὴς
Ὁδόν, καὶ ἀμφὶ ξεινὸν
Παράγει κρυμὸν προσηνων
Τοθ᾽ ἀναβοᾷ ζέον πῦρ
Δυστηνε, τεῖνε τεῖνε,
Κ᾽ ἐμπλίθεν ἡδονὴν σὴν
Ὅταν ἠπιῶ διχαστὴν
Θεῖον μεταξὺ ὕδωρ
Καταπλάγεισ ἔφηβος
Προσιστεται ὁρᾷ τε
Κ᾽ ἀνίησι πλάσμα φαῦλον.
Διελαύνεται ἐκ ὕλου,
Ῥιγεος τὸ σῶμα πατρὸς·
Ἀνόητος εἰμὶν ὄντως
Μαλλον μένους πυρίσσει
Ὅτ᾽ ἐστι ὡσ ὁ νάφθας
Ὃσ ἀγθαλοῦν ὑπαρχεῖ
Ὑπὲρ κλυδωνιοῦ ἡ
Ῥέον φλέγει ἀεὶ πῦρ.

Fin.

In laudem Conceptionis: Stella Matutina est Maria.

Septima Titani defert Aurora cubil[illegible]
Tetraque per fuga pernox reddete di[illegible]
Et iam Migdoniae compellit stella tenebras
Lucifer Eois aureus egit equi S
Luce nova radiat miseris mortalibus almu[illegible]
Axe pruinoso devehit ista die M
Maneque septuplici resplendet luce per astr[illegible]
Astans septena fecro rubente com[illegible] A
Truncat Manticoras vibrans ab aetere fulgo[illegible]
Visa praecipitat Lentophonosque nito R
Timbria conteritur quando se te aperit orb[illegible]
Indicens magni numen ~~ab est~~ adesse de[illegible] I
Nostra hoc te virgo sine nova prorsus avit
Alma dei mater sup. hominumque de[illegible] A
Non d. factum tale opus in universis regnis

Barbara totius sileant miracula mundi
Pulchrius hoc nusquam tale reluxit opus.
Urbs nova progreditur triplici circumdata muro
Sextaque quingentis turribus ista huius.
Quo lapi duodenis aliis centum ostia centum
Aere micant totidem ferrea castra vibrat
Intus aquae dulces flagrant hortis, oio videt
Ordine testatur quaeque locatur suo.
Eminet in medio magni penetrale tonantis
Regalisque domus iaspide fulva nitet.
Non dum mundus erat, iam tunc altissimus urbe
Hanc sibi fundavit, quin fabricata fuit.
Esset ut hospitium paracleti Spiritus almi
Eius geniti sedes, gloria magna Patris
Unde potens armisque, opibusque ubernima multis
Undique plena bonis tota pulchra salit
Huic cedant urbi si quae miracula mundi
Unum hoc pro cunctis fama loquatur opus.

~~[illegible]~~

De se loquit. Virg.

Sola exorta fui sine labe prorsus avita
Solaque communi sum liberata malo
Sola ego virgineum servavi facta pudorem
Solaque post partus inviolata fui
Sola omnes inter sum felicissima matres
Sola vocor mater, filia, sponsa dei.

Quasi Aurora consurgens

Qualis ab Oceano ~~rosis~~ roseis Aurora bigis
Surgit, et Eoos fert Phaetontis equos
Talis Atlantaea procedit regia matre
Exuberans sacri germine virgo dei
Nata solo solis defert Aurora cubile
Rorifera hodie crinibus ecce micas.

In templo filium suum offert.

Templa fuere deae Romae sacrata Minervae
Tauco nec immerito fana dicata Jovi
Vestaque divinis quondam venerata quot annis
Muneribus sacris virginibusque fuit
His tamen omissis oblatio sancta canatur
Est qua virginitas primo dicata deo.
Schalarum ter quinque gradus castissima virgo
Numine divo tremula solo subit.
Felix iste dies, quin terque quaterque beatus
Obtulit in quo se virgo Maria deo.
Huic igit tyro spectandus veste sacerdos
Concelebret laudes, nocte, dieque pias.

Maria virgo.

Tota manes pulchra, et macula sine prorsus avita
Formosa exorta es, dulcis amica mea

Dulcis amica mea, electa ut sol aureus ille
Pulchra ut luna micas candida stella maris
Candida stella maris plantatio viva rosarum
Porta Paradisi blanda columba mea.
Blanda columba mea, et speculum sine labe coruscans
Urbs praeclara mihi redificata manes
Redificata manes turris fortissima David
Semper amœnus hortus conclusus eris
Hortus amœnus eris riverum immensus aquarum
In puteus Jesse florida virga quasi
Florida virga quasi si speciosa semper oliva
Exaltata cedrus, celsa cupressus ades
Celsa cupressus ades, spinas ac inter amenas
Lilia signans fons hominum quod salus
Fons hominum quod salus clarus ~~cae~~ cacodemonis ~~ampla~~ aula
Diceris alti throni, filia sponsa pares.

~~[illegible]~~

Ad D. Hieronimum Lopezium

Ad Lutum Hirenis

Gloria musarum nostrum
Coelibus orator nostras dum pergit ad oras aulae
Phoebus in pectore candida calliope
Et Paulum sperat Juniasona sinum
Strata viatori limosa parabit orion
Quid quod calcat sordet ubique lutho
Nec minor sit flora tibi, si tessala tempe
Gloria tuae sternunt lilia pulchra viae
In limum migrent: quisquis meditatur olympum
Inferiora videt sordida cuncta lutho.

75
Concretam dum stringit humum februarius algor
Durior et marmore terra riget
Coelestis praeco Lopez is appulit arces
Quas queis liquida fluminis lambit aqua
Blanda viae limoso lutho dat stragula telli
Et terrae calcant nil nisi molle pedes
Quid non lingua suo praestabit fulgure gdo
Sub pedibus blandum solvitur ore gelu

Aliud
Herculis orator coeli festinat ad urbem
Cui et coenoso lutho sordet ubique via
Perdita quo coeci restauret lumina Xps
Orbatis oculis fit medicina luthum
Omine tu simili Lopez pergere luthum
Calcari placeat quod tibi mollit hyems
Si bene Calchas ero multis collyria coecis
Hoc limoso lutho prodida terra parat

Aliud
Amplissimi aedes ubi dum Lopez is urbi
Expectatus obit praeco sacrum iter
Bruma fluit superoque fluit Ganimedis ab urna
Et lachrymis credo brumaque phrigque fluunt.
Nec minor Rhodopesque simul voluisse et Hoemon
Duritiem lachrymis evacuare suis
Vox tua Lopezi facile hoc miracula praestat
Corda ubi quae supera marmora voce liquet.

Christo resurgens.

Unde tot exultat genialis plausibus orbis!
Pulchrior et solito proles Hyperionis ave
Candidiore coma et melioris origine lucis
Plus micat obrizi radiis spargentibus auri!
Quid pompas natura parat! quid odorifer hortis
Explicat Alcinous gemmata monilia florum!
Seplasiasque novas spirat fulgoribus Hybla,
Quid sibi tot pictis praetexunt stragula bullis,
Prata! quid exutus brumali compede lati
Fluminis unda fluens chrystalli murmure garrit!
Cur ubi demulcent volucres concentibus auras
Instruit hospitium ramis, pluteosque virentes
Praeparat, et foliis sua stromata sylva comantis!
Non tua Iapis ego quamquam tibi Delphicus Heros
Augurium, citharamque dedit responsa requiro;
Nec posco Dodona tuas oracula quercus.
Nec tripodem Cortina tuam, quae nota ventis
Dispergenda dabas, foliis inscripta caducis.
Intemerata fides! vos conscia numina rerum
Aspirate precor, mysteria dicite vati,
Iubila quae portenta ferant, quo numine grato
Certatim totum pertentent gaudia mundum.

Collibus e summa surgebat Lucifer Idæ
Nocturnasq. pyras, coeli flammasq. volantes
Coniugis arcebat linquens Aurora cubile:
Et croceas gradiens properabat ad æthera bigas
Ipsa rigans horum iucundo membra sopore
En tibi per somnos reserari tecta tonantis
Visa mihi, pandiq. fores, plaga candida lucis
Lactea, qua mamma laxesiit semita voce
Hac iter est, superisq. tholis demissa per auras
Nubis in axe levi consistit vecta Conivo:
O qualem memorem! nec enim mortalis Amazon
Virginis os habitumq. gerit sed quæ dea certe
Siderei matrona chori et divina volupto:
Floris Acidalis rutilat nitor oris in ore
Gaudia dat vultus gemino pulcherrimus astro.
Frons habet imperium radiis pro crine coruscat
Crispatis aurum, hunc dederat diffundere ventis
Fortilis et nitido subnectit circulus auro
Picta crocata tegit vivelanti corpus Sichano
Et Phrygia sata Cyclades aeu radiante Berillo
Dives, et obrizo strophium complectitur auro
Fibula quod pulchro mordebat dente Topazon
Pendenti multa circum garamantide gemma
Crura micat alto suras evincta cothurno
Pollet Onyx Amethys ibi Scitieusq. Smaragdus.

Fulgurat aurifero Cytharam pretiosus eburnam
Baltheus ex humeris pendentem sustinet unco.
Barbita, plectra, Cheles, Syriisque ligata nitellis
Lytra, ferasque tubas, lituosque et timpana circum
Multa vehit plaustrum; cava complet buccina dextram
Aeribus hanc animat vibrantissimis flatibus oris
Clangoremque tubae valles, convexa iugorum
Stagna nemus, flammaeque Poli, fontesque, Salumque
Et dulces iterant sonitus elementa vocantis.
Incertae quid praeco velit veluti agmine facto
Candida Nais aquis, pelagi caput extulit undis
Nereis et vultus ad sidera tollit Oreas.
Quae Phocidis iuga summa tenet, nemorumque Napaeae
Cultrices, Driadumque choris Erimanthide Phoebe
Laeta vagans, Satyrique leves, gens incola sylvae
Os adeo nato oculis captatque cientem
Sed feralis adest tristi pullata dolore
Et laceras male pexa comas cunctosque perrat
Immanis sine voce dolor, pectusque lacerto
Verberat ira fero manet alta mente repostum
Opprobrium Solymae populi Lanienae furentis
Sotericique sui violenta in urna coedis.
Quod facinus quod triste nefas commisit Apella?
Cum nigrante solum terris Phaetonte tenebris

Impia perpetua metuerunt secula noctem.
Rege nec amisso fugiunt elementa furorem
Terra videns Domini traiectum corpore ferro
Protinus intremuit, lucemque in morte supremam
Expavit, raucasque dedit tremefacta querellas.
Visus et immanes ad sydera tollere fluctus
Nereus et Triton resonare per aequora cornu
Coelum cecidisse dolens Regemque Deumque,
Tunc theres horrisonos compressit buccina bombos.
Coelestisque tubae mugire per aethera clangor
Desinit et laeti respondent gaudia voci.
Ponite funestas vestes detergite vultus
Nimpha canit quotquot coeli, terraeque ministri
Ploratis Christum probosa clade peremptum.
Iura necis resoluta cadunt redivivus ab Orco
Reddit, amissae populatus tartara vitae
Tempore contendat tumulo ne surgat in auras
Consiliis Sinagoga dolos, signare sepulchrum
Ponere custodes monumentum claudere saxo.
Quis poterit servare Deum! meliore figura
Mortificis Dominum revocat mors dira cavernis
Sorbserat hunc Ionam letho fera bellua riches
Immersumque fero ventris tumulaverat antro.
Hunc avire Deum, fauces saturare ~~coronas~~ voraces
Horrendo fuerit permissa potentia monstro
Dente nihil licuit rigido nihil vellere morsu

Intravit cupidum deludens præda volantem
Raptatusque cibus turgente recondit alvo.
Dum ter solis equos rutili Tartessia calpe
Condiderit plaustroque semel percurrerit axe
Cynthia tunc demum renovati gloria coeli
Humanique salus generis nova littora tangit.
Innocuoque feros vacuat bellua Christo
Vastata sine morte trahit de morte prophetam
Mors sacra; converso melioris nomine vitæ
Et moestos cohibet victoris gloria planctus.
Orbis io læta conclamet voce triumphos
Et resonent toto genialia gaudia mundo
Sic volo sic iubeo coeli terræque voluptas:
Hæc ubi fata alacri vultu quo cuncta serenat
Festivos subito ferit aurea sydera clamor. + Sideraque uvis detergit lumina plausus.
+ Virgo Polos repetit placidis et ovantibus astris
Inque suas elementa vices solemniter urget
Æmula Paschales celebrandi iure triumphos
Non sic Idæis celebrant Dyndima festis
Attica nec Graiis nuribus vigilantur Eleusis
Orgia nocturnis nec agit thebana Cytheron.
Ignis Olimpiaci lambens laquearia tecti
Fulgidiore dies et solis lampade flamma
Noctivagasque faces extincti posthuma solis
Lumina pro festis coelo succendit acernis.

luelem
Et mundi meliorē luce salutat.
Nec minus ad pompas placidus se temperat aër
Et vivo redeunte deo fulgore coruscat
Quo moriente prius nocturnas vestiit umbras.
Placatis vacui vernant vaga regna flabellis
Aligerae certatim aurae: volat Eurus ab ortu
Mollis ab occasu Zephirus, Mareothida linquit
Auster et in Sarmaticam Boreas mitissimus arcton
Ores clementes aeris, clementia Christi
exemplo potuit compescere legibus iras.
Et Dni fecit reverentia foedus ovantis
Agmina dum volitant Coeli comitantia regem.
Millia pictarum volitant per inane volucrum.
Pars plaudunt lepidosque iocos hilaresque coreas
Pars mistas versant sinuato dramate froias
Queis librata manens pennarum praepete motu
Garrula Calandris saltantibus fistula tinnit.
Atque Galeritae vibrat cristata Moraulos.
Frigida christalli fluvii quoque vincla resolvunt
Et fontes boreale gelu; qui vindice Christo
Captivos crebi vinclis ergastula Capant.
Et vada Lunatis lambentia flumina gyris
Et memorant plaudentque sibi quod munere fontis
Pignus aqua Christi manavit vulnere pectus.
Quid procul hinc erras, tamdiu quid musa moraris?
Telluris sp.... lares, ubi gloria maior

Maiorum voces digna ē augere tubarum.
Huc ades, et terris plaudas meliore cothurno.
Cernis ut herbosum Zephyris mulcentibus auras
Ex tumulo iam nata ceres de carcere germen
exerit ad segetem tenuit qd gleba sepultum.
utque pedes lacrymis humectans ito fluentes
vinea pampineo componit ebria mundo.
Munera laetitiae spondens gem ma tibus uvis
Coelesti pl plaudunt vera pro vite colono.
Cernis ut hirtum ducens per rura Menalcas
laetus oves tenui carmen moduletur aveno
Et pariti querulis cantat balatibus agni
Mittibus herentes laudant genitricibus agnum
Sanguine qui proprio veteris scelus abluit Ave.
Et quas pastor oves de Pasqua duxit olympum.
Cernis Aristotheo ut sylva comata smaragdus
Induit et pratinis pennatae frondibus orni
Apta fretis abies et odora in vulnere pinus.
Gliribus, et turdis fagus gratissima glande
Mellifluo quercus sudantes rore favorum
venis Amadriadum petasis mussano crispat
Frondibus hac pompa foelices sylva triumphos
Arboris exornat, quae quondam mortis imago

Frig a gpu

Aeterna nobis nunc et vobis hospita vita.
Hos inter calathos volucrum simphonia discors
Mille sonora modis, victoris ~~garri~~ cantica garrit.
Certhia sylva Merops Glottis Ciconia Parus
Graculus Storpa, Grus, Picus, Ligardus Hirundo
Alcion, et Turtur, Meruli quoque concinit odas.
Quid repetam modulos nemorum sirenula cantus?
Frondosi Parasita loci, Driadumque Coraules
Et lepidum, gratumque melos quo garrula cantus,
Gutturis aut gracili calamo meditare querelas.
Hac quam multiplices lepide dulcedine voces
Alternat Philomela sonos Cytharistria silvae.
Nunc trahit in longum distinguit fauce minutos
Nunc flexo [illegible] numeros, gravis et modo plenus acutis
Gutturis arte sonus, medius modo summus, et imus.
Causa nec Odrysii procusesset nec crimina linguae
Non Ithis et Patrisque dapes, mensaeque cruentos
Iura nec incesti ~~po~~ thalami polluta sororis.
Sed maesto Philomela dolet nec funera lesta
Ipse [illegible] argutum dicit Paeana triumpho:
Plaudentesque canit redivivi carmine laudes.
Vix terno foecunda ~~pare~~ parens nominat Aëdon
Pignore dumque fovet, foetumque incubat illi
Nocturnos resono psaltholis modulamine somnos
Iustaque diuturno seducit tempora cantu
Dum ter quinque dies rutilans iugo candida Phoebus

Tollit equis totidemque iterum temone revincit.
Tunc exclusa fenestra genitrici pignora prolem
Et Mater sibi plaudit avis circumdata pullis
Quos docet et docti modulandi gutture normam
Alternas repetunt leges numerosque magistrae
Laeta resurgentis celebrantes gaudia Christi
Non tuba non litui, non resonando plectra diaulos
Non lyra non spadix, non neblia fistula Magas
Tot modulos referunt, cithara Crinitus Iopas
Threiciusque loquens septem discrimina vocum
Personat haud melius, nec Pan inflare Cicutas
Nec mulcere chelis doctus Delphinas Arion
Tot resonent cantus quot tu Philomela camoenas.
Alcinoi iam lytra vocant, floraque vireta
Consita ripa thoris, et prata recentia rivis
Veris ubi visus Pomonae lumina flores
Rosida gemmatis pingunt violaria bullis.
Miscet et aequali concordia iubila forma
Leuchoroes pertentat odor superare colores.
Dum pascunt speciei visum spiramine nares
Sacra Palestini celebrant natalia floris.
Quem tumulo tersis redivivum germinat hortis.
Nec rubet Idalio Questi rosa tincta cruore
Sed florem vestit Christi sata purpura regis. Christi sanguine

Lilia nec candent Iunonis lacte sed albo
Sithoniae sunt fulgore nivis quas grata spargit.
Hinc labor Hyblaeas volucres, et vulgus Hymetti
Ambrosiae mares quae praedones veris honestos
Nectaris artifices, quo noti mellea regis
Castra movent populumque vocant mandata dinastae.
Ad liquidos fontes, ad prata virentia musco,
Ad dulces ceras ab odore corticis orna.
Aut quercus vacua saepe pregnantis ab alvo.
verberat haec tepidum rauco maris aera bombo
Narcissi lacrymas fundamina prima favorum
Paes legit et Cithisi roseum bibit ebria mustum:
et totam expilat furtivo per oscula florem
Munere praedatrix messoris funera volucris.
Collectum transportat onus patriasque tabernas
Regna quibus servant affinem mellea plebem
Dulcia florilegae reparant compendia praedae.
Auratasque replent hybleo munere cellas
dum roris gravat arte favos, sunt stillatisque madentem
Auroram pluidumque liquat puro nectare coelum
et ceras tibi stipat aris paschalia spe
~~Regna quibus~~ Et multa operis superis vigilent funalia flammis.
Sed iam Musa satis, nectar libe, sicca favorum
Comprimat ora sapor, mellisque impedia linguam
finis

De ~~amorato~~ divini Pneumatis adventu.

Hodiernũ diem N.N. hodiernũ impõ diem divi Pneumatis arden-
tibus linguis, secundo Spũ afflatis illuxisse video. foelix faustumq
augurium ad meã ignaviã excitandã. veni ergo dive Spũs, ac
illabere meo meque ope auxilioque suffice, tue lucis fulgoribus
illustra, amoris flãmis ad affectũ incende, atque hesitantẽ meã
linguã, labiaque torpentia flãmeis ad cordorũ linguis excute. A vobis
vero O SS id unũ sũmopere contendo, ut hanc meã disserendi
ineptiã, dicendi inelegantiã, loquendi imperitiã, vel silentiũ, l
potius ~~dolte~~ tolerãtia dissimulet, quo mea oro sũs fortunato
atque advecta zephiris, quẽ sibi prescripsit portũ facilius, et foelicius
assequat.

Atque ut hinc dicendi initiũ usurpem, nemini dubiũ eẽ potẽ quin
amor ~~precipuũ~~ primũ sit ac prestantissimũ donũ, ac caeterorũ pij-
sorũ iugis fons, ac perennis origo. Testor theologos oẽs, et inter
ipsos Platonẽ oĩm florentissimũ, imo et florẽ Athenarũ, qui
dei amorẽ rerũ oĩm causã apellasse cõmemorat. quis nõ
ẽ tã agrestis, ac barbarus quis tam imperitus, et inermis, tam
tardus, ac ~~saperda~~ qui nõ probe intelligat, planeque sentiat
oẽs coelestes orbes, hoc mundi latã, et spaciosã molẽ
oĩa denique in hac rerũ universitate cõtenta, a sũmo illo
aeternoque opifice ob sũmã ipsius in genus humanũ charitatẽ
fuisse architectata. D quoniã e porta iam solvimus

et in altum quasi remis provecti sumus omnis mei sinuosa vela

licentius evolvam. Creavit deus hominem sublimi spiritu, ac liberali

corpore constitutum, ut quem unice semper habuerat in delitiis, in

eundem maximos beneficiorum congereret acervos. Prefecit enim

amplae huic, ingenti, immensaeque machinae, parentibus bestiis

rebusque omnibus adornatam ad instructionem dei topiarii custodiam trans-

tulit. degebat ibi vitam, qua nihil poterat inveniri iucundius,

nihil fingi beatius, nihil excogitari foelicius ad coelestem

vitam facillimo negocio comparandam. In homine autem nulla erat

affectionum rebellio, nulla periculi inter carnem, et spiritum sanguinis

nolenta vestigia: omnia rationis imperio morem gerebat, et ad a-

mussim, ipsiusque normam ex voto succedebat omnia. his bonis omnibus cumulatus

primaevus ille hominum parens ad archetipum divinae mentis effectus in-

sitae venustatis oblitus, natae celsitatis immemor, dum mulieris adu-

latis dicta facessit dei comminatorium preceptum despicatui ducit:

et effectorem, ac sui architectum ad iratam temperie

inobedientiae vindictam concitavit. Cum vero Protoparentis nostra

quasi damnoris chyrographum esset sigillatim transfusa

ad posteros, lethali ipsos infeciunt contagio, et multis calami-

tatibus, morbisque innoxii iacebamus. Post scelus enim tam immane

ac insolens coepit concordia contra venire, omnia inadvertum

stare, cum aequitate iniquitas, luxuria cum tempore, cum

ratione appetitus, dementia cum iudicio, cum spiritu caro, cum virtute

flagitio cum probitate improbitas nulla induciarum pactione aperto campo decertare. et cum otij pacis et quietis amor naturae instinctu ac ingenio sit, ita homines ut optatissima pace fruerentur, otioque tranquillo saepe gravissima, ac periculosissima bella gesserunt. Hanc cum pacem velis, remisque indagaret spiritus, ultroneo servitutis iugo submittendi se se, et carni ancillaturae non sine dedecoris nota praepostere famulandi consilium iniit. Sed circa nonnulla vitiorum corruptela, carnisque oblectamento, ac voluptatum flava lenocinio, spiritus caelestibus rimabat. Venit nunc naturae parens, ac redemptor Deus, ut nos ab hisce infortuniorum iniurijs vindicaret, inque pristinam libertatem assereret, et cum purissimo esset spiritu, corporis animo experti, humanam naturam induit, ut hac idem miseros, ac perditos homines alliceret, et a profundo vitiorum vortice ad sublimem virtutum verticem, a maligna flagitii turpitudine ad benignam sanctimoniae elegantiam revocaret.

Cum igitur Apostolorum benevolentiam in primis conciliasset, ut haec amoris flamma fortius adolesceret, inque ustulata iam pectora valentius irreperet, et e terrena spiritualis ac coelestis redderet. divinum illum Hierosolimam repetivit, et spiritum paracletum in omnes aperto coelo, rupto margine, capatis incendio habenis effudit: cuius hodie irradiantes flammulas hospitio venerationis excipimus. Quibus igitur laudibus efferemus? quibus studijs prosequemur? quo tandem cum complectemur amore?

qui travali ~~trabe~~ clavo tot in nos beneficia fixit, tot atque praestantia charismata cumulavit. amor ergo pneumaticus ignitis linguis emittitur, ut illi maxime flammanti tempestate acti, atque ardentes Apostoli universo terrarum orbi hos flammantes ipso globos, hoc divini amoris incendia submoverent. quemadmodum enim si ager excolendus sit agricolarum incuria spinis horrens, tribulisque refertus, evulsis paliuris solet primus de more succendi postea ~~ara~~ aratro proscindi, deinde repastinari vomeribus, et offringi, iam ligonibus occari, ablaqueari ad arbores, grano denique iacto aequari, iterumque rastris, tabulisque lirari, ut credita semina messis tempore maximo cum foenore reddat. Ad eum plane modum caelestis ille, divinusque Agricola tunc mundum agrestem, capnumque silvescentemque culturis inutiles herbas, noxios sentes, horrentesque dumos hoc divino, atque edaci rogo combussit, ut divini verbi semen uberrimos, ac copiosissimos ederet fructus, quo quidem igne totus orbis expurgatus, pessima quaeque, et infrugifera expulsa, vitia nimirum evulsa radicitus, stirpitus eradicata. quid namque aliud erat in ipso, nisi spina scelerata, ac spinosa scelera per totam orbis grassantia planiciem. ita enim humani generis versipellis hostis, ac acerrimus omnium reparator, ita suis artibus, praestigiis ac technis circumvenerat, ut nullum vix pietatis vestigium appareret.

85

eo miseriae, ac calamitatis adducta esse, ut pro pudore petulantia, pro continentia libido, pro honestate turpitudo, pro fide fraudatio, pro pietate impietas, pro religione contemptus, pro laudandarum virtutum studiis, foeda animi, corporisque vitia orbem terrarum occupasset. postea vero hac Spiritus divini flamma quod plurimae sunt atrocitates absumptae, extirpata facinora, ethnicorum dii falsi, ac commentitii magna ex parte depulsi, repudiata idola, adulterinis illorum cultus eversus. Et evangelico semine fermentatis mundani glebis, complures extitere ipsi fideles cum fragrantissima viola, confestim cypressi monachorum procerae heremitarum in accessa palmae, confessorum arbores foecundissimae, lilia virginum candidantia, purpurascentes Martirum rosae sese humo paulisper expulere et mirificum reddidere intuentibus spectaculum. Sed haec omnes utilitates fructuosae, haec accepta singularia beneficia tertiae sunt hypostasi referendo. Hic Spiritus haec mirabilia patrabat, hinc summa laude encomioque dignissima.

Sed ad ea iam, quae in mortalium animis Spiritus munificentia solet efficere, modelabat oratio, quorum effectuum donorumque varietate vix possem uno fasse complecti, nec cursim delibare. Unum pro mille Paracleti nomen dicendi argumentum sufficiet, loquendi segete ministrabit

trabit. Paracles enim (latine cosolator) tam navis in vento ad versam molestia, in laborem procelloso mari, in calamitatem horrida tempestate, identidem solatio sublevat, incamine supperiat. Quis enim tot ac tantas exorbere difficultates? quis tot exantlare molestias? tot durissima posset devorare quæ nisi hoc præstantissimo solatio fulciret? quis in hoc turbulentissimo mundi pelago naviganti? quoties ipse naufragium faceret, quoties ad scopulos impingeret, hæreret in salebris et aliquando fortasse malorum tempestuosa voragine mergeretur, ni eiusdem Spiritus aura gratissima prætentis illis conatibus adspiraret? quoties in bello caderet a vitiis consternatus? quoties sua sponte manus daret inglorius, nisi Spiritus ille coelestis a tam longo fatorum discrimine sospitaret. Repetite memoria fœlicissima illa nascentis ecclesiæ primordia, ac veterum facinora omni laude maiora, fortissimos christianæ reipublicæ propugnatores, strenuos milites, ac pugnacissimos memoria replicate, atque inde sensim, quasi per quosdam annorum gradus ad hæc nostra tempora delabentes, eos tales fuisse liquido comperietis, quales eo tempore populus christianus merito exigebat. quorum rebus præclare gestis, triumphis quam clarissimis christiana religio vix credi potest, quantum sit dignitatis, et amplitudinis consequuta. eos vero, qui eis haud impares gloria successere tam egregios fuisse constanter fatebimini, tanta animi præsta-

atq̃ cõstãtia tanto corporis robore, ac duramẽto, tanto pec-
toris magnitudine, atq̃ vigore, ut nrę religionis crudelissimis
hostib. nõ exiguã admiratiõnẽ fecerint. Sed huiusmodi forti-
tudinem singularẽ a qua alia, nisi dei impervia virtute
atq̃ inaccesso robore derivatã censebitis, quorsũ etenim
modo nobilissimi, ac gloriabundi Martires mortis discrimina
tot ac strenue usq̃ ad q̃ ferret, animose respuerẽt, nisi
eos spũs infracta manus impavida virtute obarmasset: com-
mendet fabulosa gentilitas Catones illos, ac Brutos quibus divi-
nos olim honores habuit, cultusq̃ decrevit. efferat laudibus
Cleometrotũ, qui amentia praeceps se se e turri deiecit. Hono-
ribus cohonestet Empedoclem, qui eadem prorsus infamia, ac fu-
rore versatus se se in Aethnae cavernas ignem evomentes
praecipitavit, aut Scipiones illos, Fabios, et Sempronios, in quo-
rũ virtute celebranda multorũ, et ingentiũ scriptorũ certa-
vit ingenium desudavit industria. Sed illorũ oĩũ forti-
tudo revera si cũ nrõrũ virtute mirabili aequa lance librer.
sordebit procul dubio et obscurabit, et non animositas, sed im-
becillitas, nõ animi magnitudo, sed ignavia, aut infirmitas in-
dicabit. Si illorũ effeta virtus cũ nrõrũ adamantina
duritate penset nõ virtus, sed inertia, aut timiditas
reputabit. non enim vis, ac furor Tirannorũ non ferrei
pectines, nõ inaudita tormentorũ genera xpi fidelib. terrorẽ

incutere valuerunt, nullis neque minis, neque suppliciis acerbissimis Christiana virtus rupta, aut enervata, aut imbellis, aut tepida unquam visa est. Unde licet facile coniicere, tranquillum, et auxiliatorem Spiritum in illa laborum ac tormentorum fluctuabunda procella parabilem, promptum ac praesentissimum semper extitisse. Quid enim dicam de teneris ac delicatis virginibus contra aetatem interritis? quid de flexibilibus, mollibusque puellis contra indolem inturbatis? quae cum a natura sint abreptae formidine, ac praeditae timore, ita ut districti gladii fulgore cadant exanimatae nulla barbarae crudelitatis supplicia pro Christi amore recusarunt, sed ea summo cum gaudio alacres ~~intere~~ inivere. cumque carnificum hyrcana ferocitatis, atque adeo tormenta deficerent, illae tamen invictae in eadem semper animi, corporisque constantia persistebant. O miram huius Spiritus fortitudinem! o solatium pariter cum virtute instillatum! o virtutem una cum solacio transfusam! o praeclaros effectus donaque praestantissima omnium sermonibus, et scriptis celebranda! quo enim pacto, qua via castissimae illae virgines ex tot proeliorum horrida tempestate invictae semper, ac Tyrannorum victrices evasissent, nisi consolator Spiritus eas mira fortitudine instruxisset maximoque levamine recreasset. Ex hoc etiam numero fuerunt illi nemorum, sylvarumque habitatores

qui etsi vita, et sanguine pro Xpi amore nullo pacto presiderint patrias tamen facultates atque avita haeredia desperserunt, corporis voluptuosas delitias repudiarunt, mortalium omnium non modo comercium atque consortium, sed etiam vitam, conspectumque fugerunt, et ab omni rerum perturbatione remoti, popularis tumultus immunes prorsus, ac liberi rerum divinarum vacationi contemplationi vacaverunt. Sed hoc longiores temporis habenas postularet quam ut meo ocio sibi persisterent, vel potius prorogem. Exigemus gloriosissimum hac bono a Patre illo coelesti qui nos sponsis sibi cumulabit virtutum omnium presidiis instruet, si illi domum extruxerimus egregiam, non latericiam non lapideam, non ligneam non cementitiam (quod dictu nefas) non si esset summo artificio profecta, barbarico auro illuminata, mirabili decorata pictura, vel opere albario candoris eximii suis fulta fornicibus, et columnis, sua fastigiata coronide, porticibus, ac peristiliis conspicua suis denique partibus concinnata. si peristromatis aureo filo intertextis fuerit undique convestita; aut bellwatis tapetibus aeu picturatis, vel potius si terrarum tractus ac spacia latissima ad orientis usque ad occidentis solis plagas in aurum aut in gemmas abiret: aut siquid est aliud extimabilius auro, illisque praeciosius, mox quae per opificum artes in magnificentissimo templo affabre construenda impenderet, ne scabellum quidem eius pedibus dignum

efformari liceret. Animum vero si lubet innocentia vitae dealbare egregiis moribus instruere, virtutum monilibus decorare, sanctimoniae fulgoribus insignire certo certius accedet libentissime: hac enim sede, ac domicilio, in quo moestus exultat, ac lassus conquiescit.

[margin: ...is agri...]

Dixi

De Sancto Ignatio.

Laudat Unio, et concordiam Societatis.

Saepe mecum ipse reputans immensa incrementa, quibus Deus O. M. suam Societatem auxit satis mirari non possum. Quis enim ipsius amplitudinem longe, lateque dilatatam, colonias ubique terrarum deductas, innumeras socium manus, praeclaros de hostibus triumphos, partas victorias, virtutum culmen, literarum praestantiam, sanctimoniae denique specimina tacitus, et inter...es recensere poterit. praesertim ab eo temporis exiguo, ex quo nata est intervallo, tot, ac tantis saevissimis procellis agitata, atque perculsa, ut vix credi possit, nisi aeternae Sapientiae manus intercessisset, ad tam excelsum, ac sublime fastigium ascendere potuisse. Sed si aequis rem libratis ponderibus clara in luce conspicere aequum erit, concordiam, hanc munitissimam molem construxisse, hanc laetissimam segetem fecundasse, hunc laetissimum proventum protulisse; est enim haec inter caeteras gratissima, et ...tissima virtus, aureis sertis redimita, laeta, et ex porrecta fronte videntibus oculis placido ore, ...e ... quae omnia suo numine adornat hilarat, fundat, et ad aptatos ad tranquillos exitus deducit. hac enim

ut ita dicam superstite illa clarissima quondam imperia Medorum, Persarum, Aegyptiorum, Graecorum, Romanorum floruere, munitae urbes, stabiles ac firmae constitere, hac ipsa ruente ultimam subiere ruinam, extremum excidium, et in praeceps ita semper devolvere, ut sapienter dixerit Homerus concordiae fulcimur opes et iam exiguae, et roma ipsa, decus Salustio concordia crescunt, discordia dilabuntur. Hine etiam non immerito ausim ~~dicere~~ affirmare, illud Cantabriae ornamentum, Hispaniae lumen, sydus mundi, ecclesiae lampadem accensam, Ignatium huius virtutis quam semper praecipuam ac maximam duxit, praesidiis instruenda tota opera molitum fuisse, in quo illud in hac clarissima Societate apprime congruere certo ac certius tenemus lapidem licet grandem integrum innatare comminutum submergi. quamtum enim hoc illustrissima familia integra, atque concordiae vinculo copulata perstiterit tantum florebit virtutum ornamentis literarum luminibus, pietatis aumentis. unde quam laté pateat Conditoris prudentia in huius admirandae molis constructione facile est cuique intelligere.

Insignem illum Gerionem insuperabilis concordiae egregium simulacrum, cuius illustria gesta historiarum monumentis laté clarent, tribus in Hispania praefuisse regnis praestantes scriptores notae perhibent, quae adeo feliciter, et sapienter pacis, ac concordiae habenis temperavit, ut hostibus formidabilis appareret. verum si aliis foederis ac ~~concordiae vinculis~~ fides est adhibenda: tres extitere fratres, tanto foederis concordiae vinculo astricti, ut unus animus, tria corpora informare credi- tus sit, et dum talis inter eos conspiratio permansit nequidem a magnanimo fortissimo Hercule debellari potuerunt. + unde poetae ansam ut fabularentur accepere, tricorporem Gerionem esse (ut noster Maro quo solet eleganti canit) et + tricorporis umbra, tota erat animorum concordia fratrum, talis inter eos conspiratio, talis denique consensio,

ut poetæ tale ludere monstrum cogerent.
Hinc A O, clarissima nobis, et splendidissima ~~sudra~~ umbra subori*tur*, sanc-
tissimi Parentis nostri laudes attacturo, illam præcipue quæ longius floruit
concordiam. videte quæso quanta sit huic fortissimo regi similitudo, nostri
cum Ignatii moribus. gesta hæc in virtute Ignatii plane in Geryonis
noscunt agnoscunt, ut illum tantum Ignatio antecessisse, non superasse videar.
Nulla me maximas, atque clarissimas virtutes invenio, quæ sit adeo uni-
quam regis opus quam concordia; quamvis enim ferreas habeat turres
(illius tartareæ instar) et multa, et fortissima præsidia, triplici
circundata muro, si animus concordia deesset, procul dubio ruerent,
beviendo el nectar que da grande gusto.

Con esta virtud Baco coronado
Tus tigres te llevaron aun traiendo
el yugo con su cuello no domado
teniendo esta virtud Romulo huiendo
se escapó del infierno arrebatado
delos Marcios cavallos le sirviendo
Haviendo Juno en su defensa hablado
y con los dioses en consultado estado.

Finis.

Ad Bachanalia.

Insignite comam teneris o Bacche corollis
Dementes ludos impero abire tuos.
Et pone vasa in portis, minuet scetvra
Pampineo, et cesso sceptra tenere manu.
Destituunt te oës [omnes] subeuntque hoc lucida templa
Vis dicam qd sit? si petis ipse feram.
Sanguine plus gaudent, ipsi quam nectare sudrum
Quod te plusque iuvat, quam tua mensa Dei.

De personam induentibus.

Quidnam hoc mortales infando tempore prodest
Persona teetras cernere nunc facies.
Urbe volant tota atque urbis loca cuncta peragunt
Et voces tollunt sydera ad ipsa poli
Sub ficto vultu scelus ingens mente volutant
Et vinum vultu sublimia lance regit.
At Deus omnipotens hac sacra cernitur aera
Et sacram ei faciem candida vela tegunt
Est gens larvae sub vaste, certa machina falsi
Daemonis; est tamen hoc machina summa Dei.

ad Virginem de conceptione

Sacra dies fulget toto venerabilis orbe
Qua periit omne genus, qua genus omne redit.
Haec pepulit primum Paradisi a sede parentem
Haec hoc sacrum rapuit ab axe deum.
Eva fefellit Adam, atque sacro virgo recepit
Foemina causa mali, foemina causa boni.

Ad laudes cuiusdam Scolastici.

Pristina nunc sileant nostri monumenta Maronis
Nec magni Aeliati iaceat aurea mamus
Mirent Musae, cedat facundia Minerva
dissimuletque pater carminaque quaeque sua
Tu mihi namque puer cunctos dulcedine vincis
Sic tibi iam possum cedere, tegue mihi.

A imitacion de Pandora que tenia todos los bienes. y que ien se les dio.

Aliud.

Ut solet ~~aucto~~ accrescens de coelo sublime flumen
Finibus elabi littora sicca rigans.
Pellit ut enectos alienas alveus undas
At que tumente fures prolibi unda solo
Haud secus Ingenii flumen tibi Petre redundet.
Pectoris, et Sophiae limina nostra Petre.

Un rosal con dos rosas abiertas y muchos capullos.

Si con dos rosas abiertas
tan lindo el rosal esta
quando otras salgan que ara.

Vienen los reyes negros y blancos para que sacrifique
nal.o el niño q con casulla negra y alba y amito blanco
~~lagrimas del niño.~~

Mi coraçon toca a fuego
y arde qual suele la fragua
que puedo haçer, hecharle agua.

Illuxit tandem anno vertente festiva illa dies A.A. quae foelix, faustusque auspicium est Sacrae Apotheosis, qua suum Oriens Apostolum, qua suum Societas antesignanum, qua ecca universa fidei vindicem suum, et assertorem illustrem venerat. Rediit albo calculo notando illa lux, quae orbi universo sub magni Xaverii nomine, et nuve faustissima exorit mihi quidem propter huius probae magnitudinem non nihil fortasse pertimescendo, vobis ob frigidae orationis meae insulsitatem non vehementer exoptando; omnibus vero ob gratam S.ti Xaverii recordationem admodum iucunda. Sed quanam ratione fieri dicam A.A. ut qui vestram humanitatem anno proxime elapso expertus sim in audiendo eandem nunc tentare, et contundere pergam in dicendo? Sed date hanc veniam vestro oratori, quem acceptum ab augustissimo benefactore Xaverio vitae munus, et beneficium singulare immemorem sane et pertinacius ingratum argueret nisi amoris, et gratitudinis quale quale signum et argumentum sequeret: nam quis tam bardus, et stipes est qui non sentiat quam grave et molestum sit turpissimae ingratitudinis inuri pelle nota, sive illo sato vulgari quod Diogenis dicto increpari, qui interroganti, quid apud homines citius senesceret, beneficium respondit. Hinc igitur quam nigrum, tam ignominiae, quam dedecoris notatum labe calculum ut effugiam periculum ipsum me admonet debita multis nostri Xaverii Sanctissimi beneficentiae recordatio iure suo videt postulare. At quem in commendando Xaverio modum mea servabit oratio, qui coelestibus magis, quam mortalibus similis Heroys excitata virtutum monumenta ita persequatur, ut verborum vinculis astringat ut attigisse non exhausisse videat? Utinam quam multa illa sunt mihi dicere liceret sin minus possem illustrare, plura enim vir Sanctus excitavit quam omnes simul oratores valeant recensere. Cum ~~novem~~ puris illis beatam mentibus numinis novem praetento proxime anno composui Xaverium ambigua lite

decertatio deprimata fuit: et inclinatio in Xaverium victoria vestris omnium, quasi ipsis suffragiis comprobata: hanc metam sibi indixit, ad hunc scopum mea collimavit oratio, eti qua et intudavit industria: quod superest vestrum sit iudicare ut pote qui facti rerum iustissimi estimatores, quod sequendum, quod ve omittendum sit facile decernetis. Audire mihi videor vestram omnium mentem in eam conspirare sententiam tanto vestri triumpho laetam illud Epicinium Io triumphe occinat, et ovantem reamque agentem Xaverium supper aliqua Aliae vatis vehat quadriga non ad ... unde sua olim fabulata et antiquitas, interrendo, et ad melioris Iovis capitolium, ad frequentissimum S. dei o. M. thronum deferendo publico beatissimam omnium mentium plausu, et gratulatione eam. libens, et lubens vestrae huic menti morem gero, nec aliud a vestro in Xaverium animo futurum puto, si quo festiva magis, et gloriosa cadat oratio, tergemina illum Apostoli, virginis, et Martiris corona decoratum vobis offeram, et laureatum. Id ut ex animo cadat sententia feliciter, ut vestrae humanitatis blando aspirans favoris orationis meae velis aspirare numquam desistat, audietis, et obstupebitis Gerionem iam factum Xaverium, quem totiens bifrontem Ianum, et quatribilocatum numen Malaca vidit, Iaponia revenit ...

Duplicem in coelo decretam esse coronam duplici etiam praemio respondentem, essentiali alteram, quae aurea, alteram accidentali, quae aureola corona nuncupatur docet Doctor Angelicus lib. 4 sententiarum quaestio 1. art. 2. cuius sententiam omnium fere doctorum suffragia adstipulatur. utraque adumbrata fuit Exod. 25. cum familiarem cum deo sermonem tereret Moses ab eo audivit: Facies coronam interrasilem alta 4 digitis et super illam alteram coronam aureolam; quae ut multi ignobiles Theologorum calculis testatur Apostolorum solum virginum, et Martirum capita cohonestat. ergo ut Xaverii gloriae debita honoris, et amplitudinis fiat accessio mearum partium est evincere S. Franc. Xaverii meritis triplicem Apostoli, virginis et Martiris deberi coronam, quae ipsi pro tot mentis exantlatis laborum agonibus imponat. Atque ut hinc exordientia ... quae apostolico muneri coherent capo et quibus tali honoris ...

et fastigium dignitatis aestimare licet, et perpendere. labores apostolici
animarum excursio, et multiplex ad meliorem vitam frugem convertendarum animarum
uberrimus fructus. omnia haec in unum quasi fascem colligavit et complexus
est maximus ille, et antonomasticus apostolus Paulus cum ingenti, et varia la-
borum velata serie triplicem illam apostolici muneris sui tesseram potissimum ad Corin. 2
extollit. in labore inquit in aerumna, in itineribus saepe vexatus: et illud abud-
antius omnibus laboravi ad animarum fructum referendum indicium.
Huc adsis o Franc. huc accede apostolico huic numero adscribendus, ne dicam
praeferendus. quis laborum tuorum numerum sine labore inquirendum cogat. quis
aerumnarum tuarum multitudinem recenseat sine molestia? quis sudores tuos absque sudo-
re mente comprehendat, et orationis ambitu complectatur? quaerebat Xaverius labores
[illegible] ipsi Xaverium insectabantur: atque ut caelestium divitiarum uberrima, et aerumnarum feracissima in-
dica eam segetem avidis Franc. manibus offerebat, quantum vellet (volebat
autem plurimam) demetere quotidie, et detruncare. quoties in eius sanctis-
simum caput coniurare Bonzii certissimam et atrocissimam mortem illaturi
nisi praesentissimum dei auxilium vel abdidisset in silvas, vel quod maius est
minas torquentibus, caedem, cruoremque anhelantibus sicariis praesentem Xaverium inviti-
bilem reddidisset. quoties adulta hyeme copiosa nive vias asperante nu-
dis plantis sacri ornatus sarcina onustum eundem Xaverium sinit, ne quam tra-
ducendi ad Christi caulas palabundum ac perditum gregem occasionem amitteret,
vastae solitudines vepribus ac sentibus horrebant desertis similis, et muri-
cibus cingebantur. Franc. illac iter ingressus pruniculos se inter induebat in aculeos,
lacerabat vir vena, cruentabat pedes et a se totus abductus, totusque
in deum misteriam in se fieri carnificinam patiebatur. vias arena obru-
tas aestivi aliquando calores ita excoquebant ut calcare prunarum acervos
pedes non arenarum cumulos viderent. Franc. tamen sui immemor soli
dei memor nudas plantas alte in humum deprimebat, neque sentiebat
et si sentiebat superabat internus animi vigor ardor externum ignem ne vestigia
vestigia revocaret. o singularem animi fortitudinem! o divinum pieta-
tis in deum monumentum! o prodigium miraculis certe praeferendum!!

danda haec sunt AA coelesti illi charitatis ardori, quo Xaverii pectus ar-
debat prodigia ista et flammae coelestis, quae nõ nisi laboribus alit, cruciatibus
crescit, poenis, et doloribus enutrit: neq enim nisi hoc incendio charitatis
Xaverii pectus inflammarat tot expetere tormenta tot cruciatus anhelare potu-
it sitire. Hinc eporta ignita illa iacula, et ardentia facula cum obiecta sibi
a Deo scena perampla multiplicium aerumnarum impotens sui, et totus aestu di-
vini amoris abreptus clamabat: nõ satis ô Dñe, nõ satis, cum tamen ipsum
qd ad ista miserias angustum pectus foret, angustum ad delibandas coeli deli-
tias redderet: Satis ô Dñe, satis: ô amoris aestum inauditum! o incre-
dibilem vim ardoris, qua non geminus iste orbis, ô innumerabiles alii ardere
potuissent!

At mentis aciem eò intendite, quo sequi, et assequi non licet, in illas
inquam regiones extremas mundi plagas quas prius ipse, ~~quam eius fama~~, quam
eius fama penetravit. Deus immortalis, quanta invisitato pedum celeritate
quanto prius at ardore orbem pene universum emensum putatis Xaverium
ut gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas non
Mendoza Romanis Aquilis ô Xpi imperio subiugaret! De palladio cursore quodam
celerrimo, et celeberrimo dicere solebat ad Theodosium imperatorem cis prin-
ceps, et dynasta cum plausu quodam festivo: Palladium fecisse Rom. imperium
breve, et angustum; tanta enim celeritate illud circuibat, ut coercere intra an-
gustissimas ditionis ā cancellos adeo augustum imperium videres. At Xaveri-
us his cursibus immensa terrarum spatia undecim annorum spatio peragravit ut
iam non Rom. modo imperium, ô universum orbem terrarum exiguum redde-
virg. et angustum. Nec vero Alcides tantum tellus obivit, nec hyssitiosus ille Jovis
filius Alexander tot regiones oculis ~~superavit~~ usurpavit, qt Xaverius pede
circuivit. Aliis Apostolis tellus data limite certo, Xaverio spatium Ubi
et orbis idem, ut iam de novo hoc Apostolo Propheticum illud de viris Apo-
2. tolicis Isaiae dictum videri queat. Volabunt in humeros Philistiim p mare
simul praedabunt filios orientis: nam quos alios orientis filios intelligam
nisi eos quibus spoliis orientis onustis Xaverius melioris solis facem maerulit, et

Quaeso A. o. talem querimoniam, et rem si lubet suis librate ponde-
ribus. Nullum Xaverii caput ferrum sensit fateor: nulla rota: cru-
deles nullos lacavit membra non inficior: nulla lancea per deusstato
interse vulnera extorsit animam; id quoque libens do. At pares Martyrio
gloriam parere potuissent, et palmam extra omnem ambiguitatis aleam po-
situm esse, quis non videat, et ore pleno fateatur? Audistis nec omnes quide
audistis (non sub angustis unius orationis limitibus circumscribi non patiuntur) exhaus-
tos a Xaverio labores, quibus totidem quasi gradibus Apostolorum in fastigium
muniit viam, quod mihi credite: sitis illa, et inexplebilis pattiendi pro Christo
Xaverii aviditas ita eius animum exulcerabat, et torquebat, ut frustra mu-
crones alios optes et flammas ad Martirij laudes rerum cum pro vulne-
ribus, et carnifice satis superque sint vota Xaverii; ut merito Apostoli
illud usurpare posses: quotidie morior propterea idem animum solutem. Quod
expendens divus Chrysostomus notat alios Apostolos semel fuisse mortuos. (Paulus
vero inquit (Xaverius ego dixerim) semet ipsum per singulos dies immolabat
quotidie mortem, et consumans voluntate Martyrium: et certe nisi mea me
fallit sententia habere poterat Xaverius Martyrium gloriam, qui Martirium habebat
causas, nec fustes nocturnos timebat, qui spem omnem suam in ligno defixe-
rat: nec recusabat uno se summergi momento, qui tridiano assueverat
naufragio. Nec dubita minus semel generosus iste animus sudasset sub Martyrio
quam tandiu sudaverat sub Aethiope.

Adde quod et virginitatis florem illaesum conser-
vasse pro Martyrio est, et gloriosa palma triumphi. Laudo testes fide ineptos, et conditione dignissimos: Hieronymum alterum, qui in Malchi vita: habet inquit et
pudicitia servata Martyrium suum: alterum Ambrosium qui de laudibus
virginitatis totus nectareus factus et vere ambrosius: non ideo ait laudabilis
virginitas, quia et in Martiribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. Gaude
igitur isto tuo tam excellenti bono Xaveri Sanctissime, et fruere cum fortuna ista.

S. Chrysost.

S. Hier.

S. Amb.

Martyrij tibi lauream labores Apostolico viro dignissimi fabricarunt. Martyrij
tibi adoream ardentissima subeundi martyrii vota pepererunt: Martyrij demum
tibi adoream ardentissima subeundi martyrii vota pepererunt. Martyrij demum
rutilans diadema non tam rubore parthenio, quam propria tinctum purpura vir-
ginitas rubricavit. Cecidisti extrema victima charitati; amoris nil ossa suppete-
rent holocausto. quare non est cur novas pugnas animo volves, sinamus ingen-
gressum meditere. Cur ne acerbior tempus, cum et filij et ardoris tui vestigia pro-
meritis Apostolicis, et Soc. viris amplissimi istius imperii sanguinarijs modo legi-
bus interclusus aditus aliquando recludat, et pateat. En iam te Deus ad palmam
evocat, et coronat, et hisce ad te vocibus inclamare videtur. Satis est Francisce satis est
omitte tuam istam vocem insatiabilem laborum iustorum, ac victoriarum amplius,
amplius. Jam te satis diu mare, venti syrtes, aestivi ardores, frigora, et
elementorum omnium iniuria experiuntur. Jam satis diu inter sitis, fames, nuditas
aegritudines, Nosochomiorum squallor, et paedor, aegrotorum ulcera, et non abstersa
modo, sed ore hausta purulenta sanies, aliaque id genus cohortes insimulta-
runt. Satis est Francisce satis est. Jam praemia te manent post praelia; post
victorias laureae te expectant aeternae. Adversus daemonum technas
adversus Bonziorum odia, et in tuum caput structos dolos depugnatum est satis.
Ipse coelestis patriae incolae socium esse diunt tuum, tum Apostoli suum vere dicunt
Virgines repetunt, Martyres vero tuum esse confirmant. Age, en omnes tibi ob-
viam properant, tibi laureas, tibi laureas, tibi adoreas, tibi glorias bellorum
tuorum perennalibus, et pluries paratas, non alijs, quam aeternitatis limi-
tibus definiendas.

Tu vero Sancte Francisce cuius auspicio, et numine obstreperus iste laudum tuarum
buccinator vivit, et o! nunquam ingratus, hoc quae tua est benignitas, quale est
quale est gratitudinis monumentum non aspernaberis: accipe hoc, quod tuis
aris levidense munus impono: non et mola tantum salsa litant qui non ha-
bent thura satis est in magnis voluisse. Excitata ate non nulla mo-
numenta inimperu recensui, non ornavi; ita enim nata comparantur, ut illustri-
facta satis ipsa narratione laudentur, nec Rhetorica desideret lucem

et fidei radiis plusquam Cimeriis plusquam tenebris iacentibus viam ad lucem illam inaccessibilem praemunivit! o mirari hunc in volando, et in-
flammando definite AA, qd enim per pennas, et faces gestare semum
fulmen tam nobile potuisset, tam claudi illis, et superstitiosi vulcani in-
cude fabrefieri, o claudi alterius, et peritioris vulcani cantabri fornace
excocto, et procusum! igneus e olli vigor, et coelestis origo: vigor igneus
ut rapidissimo rotatu oia momento uno peradat: coelestis origo, ut ignis
coelestis in morem obvia quaeque incendio suo populet, et obvia faciat
in favillas: vigor igneus, ut cum sua mentis amplitudine Europa
no clauderet oceano emenso Asiae, et Africae praecipuos populos obiret,
et accenderet: coelestis origo Promethei ut instar facula Iaponeae aris
et praeluceret ad vitam, et aeviternae salutis viam aperiret, adeo ut
non laudis modo Xaverii, d e nobis stuporis sit, qd ab incorrupto fidei
viro memoriae proditum sit Xaverium undecim annorum spatio plures
nationes ad Xpi fidem perduxisse, quam totis mille supra quingentos annis
ab innumerabili Haereticorum colluvie infectae st: o fulmen non imita-
bile! non ad ruinam et perniciem mortalium, d ad eorundem salutem
fabricatum. [illegible]

Spiritus spes alas amor ignes applicat ignes, vimque fides.

Airado el fuego llamas agiganta
Lo facil de la fea o la del viento
el zelo de Xavier assi levanta
qdo a tu fuego sirve de alimento
Si de Apostol la gla, y el renombre
Con peso de fatiga y dolores
de Apostol en Xavier premiado o corona

Si es de sus ... funebre escarmiento
rubia historia q es de lo resplando
de seraphico ardor sagrado aliento
lo duro de una cruz en anhelado
le tantea se mide, y proporciona
aunq grande en su un nosera el nobre
paga justa sera de sus sudores.

Vidistis AA et parem illum simul et magnis illis imperiis Xpi proce-
ribus Apostolis stupuistis in Xaverio monu, et muneris excellentiam.
fecerunt illi quidem ne esset primus, ne forent illi soli Xaverius mentis
impetravit; ergo et vos facti rerum iustissimi arbitri, ne soli sint duode-
cim viri qui apostolorum adorea cohonestentur, quandoquidem et huic honoris

virg:

Doctor
[illegible]

apicem permovente, et declarante in Bulla Canonizationis foelicis memoriae Urbano VIII. assequutus est Apostolicum in albo virorum suffragijs adscribi Xaverius. At sola est dies, quae Xaverii caput nobilitat Apostolica laurea. Itane solum apellabis quasi unico posset sidere ardere coelum, flore uno picturari viridarium, fluctu simplici pelagus intumescere belloque astus indicere. Non uno contexta sunt diademate Xaverii merita nec potuit unius coronae gloria non istis Herculis ausis vere ingenti fieri satis, cui satis vita non est innumera, ne dum duodecim in formiae labores monstra quoniam victorias viam tibi ad immortalitatem aperires.

Virgo Xaverius fuit: an me parum commendare putatis Xaverium, cum hac virtute omni aetate vixisse eum, et animatum esse confirmo. at ego sic statuo virginitatis florem tot inter veterum intemperantias turbines et ventos cauros conservasse illibatum non qualibet admiratione dignum, sed certe miraculis omnibus prodigium praeferendum. Profecto in carne praeter carnem vivere ait S. Hieronimus non terrena vita est, sed coelestis unde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti quam habere, esse enim Angelum foelicitatis: esse vero virginem virtutis. dum hoc obtinere nititur gratia, quod habet Angelus ex natura. O Xaverium non hominem sed angelum, non humanae infirmitatis haeredem, sed angelicae immunitatis aemulatorem! in carne praeter carnem vixisti. ecquid enim aliud est vivere et sic tamen non fuit periculis undique, et undique flammis obsessus eum animi candorem retinuisti ut dubitari iure possit an gravi corporis mole expeditus inter paterna domus delitias puer; inter corruptos, et profligatos aliorum juvenum mores adolescens, effraenem inter Japonum, Malabarium aliorumque id genus belluino ritu viventium hominum peccandi licentiam vir provectus vitam plane traduxeris illibatam. quod eo est admiratione dignius, et stupore quo difficilius non innodari inter nodos inter retia non irretiri, non laqueari inter laqueos, inter flammas non ustulari. O nove, et melior Persea cui tibi Minerva Cypria suppetias tulit, quo monstri Gorgonibus longe saevioris libidinis afflatum viros effugeres, et propulsares. O Tesee antiquo illo maior et foelicior, quae tibi sapientior Ariadna filum ministravit, quo te caecis venerei labyrinti erroribus expedires! plane pro Ariadna Maria

Pro Minerva Dei-para Sanctissima filum dedit, et clypeo obarmavit, quibus
structas tibi ab impurissimo Daemone technas technis eludere, et astus astibus
superares. Illa singularem ardorem tuum, quo in ipsam rapiebare, hoc
voluit beneficio communire, hoc voluit munere compensare, ne tu plus
in coercendis carnis illecebris industriae, et laboris, quam virgo castissima inte-
uno fovendo, et adiuvando curae, et vigilantiae collocasse videreris.

ticior: Fuerint certe virginei candoris, et numquam Fuerint alia non in-
franci arga, unum tamen et novitate inquinatae castimoniae
vudum quin in memoriam revocem gratum, et signone sua non tacere
bem si possem imperare. A diurno mihi nec possum si vellem, necvel-
labore penso paululum ferias
lem aliquid ce eb me daverat Xav. cum Daemon, qui inter diei excubias
vincere eum iverit tamen iam subinde tentaverat tyrannide somno op-
pressum ipsi militem bellatorem ignavus adoritur. At quibus armis commissi noc-
turnum duellum existimatis, non gladium distringit, non vibrat hastam, non
arieti aslitem petit, bellica tormenta non explodit, o blanditionibus telis
usus impurissimae libidinis lenonem, turpitudinis infame coragium oculis expli-
bet usurpandum. Circumstant dormientis lectulum spurcissimae larvae,
volitant hinc inde mille veneres, et cupidines furialibus ut taedis castis-
simam Xaverii mentem succendant, et inflamment. Tot telis appetitum,
tot machinis oppugnatum, non excubantem o somni vinculis obligatum Xav.
quis non crederet daturum manus, cessurum hostibus, et vincendum, superandum.
o videte castitatis Heroes videte fortitudinem singularem. Xaverius tot hos-
tium incursibus incursibus lacessitus, armorum praesidio nudatus, coeterum
nec ano adhuc, nec sanguine destitutus ore ingentem sanguinis copiam
emisit, ignavumque, et blandum non hostem non fulmine, o cruore proprio
superavit. Quid dicis Xaverius? Sane: o militari aliquo praesidio commu-
nitus? Solus. Solus dixi: excubans ne an dormiens? dormiens: inter somni
illecebras? Verum: inter noctis inducias? tantundem: o rem novam!
o miraculum! o portentum ex omnibus prodigiis tanquam membris coagmentatum.
Ite vos A. A. oppido palma, et corona virginis tantum Heroa donandum

indicabitis, quod nō sudore tantū tinxit, d proprio etiam sanguine purpura-
vit. Victrices igitur premat palmas dextra Xaverii, nec frontem iam se-
rosis contexta coronet, d mille rigentia auro, et cornuscantia diademata
quae noi, virtutiq! Xaverii famam conciliet immortalem.

Quale formosum caput alta tollet
Inter horrentes stimulos rubeti
Lilium canos calycisq retexens
Pandit amictus.

Haud venenatus secus inter hastes
Atq pinguentes animi recessus
Cypridis dumos, pudor it beata
Sorte triumphans.

Ipsa spinarum seges, et rubonum
Lilii custos fit, et impedire
Qui putabat rubus ad decorem
Arma ministrat.

Tale infestis veneris sagittis
Castitas sentit reperitq asylum
Tutior nunquam nisi cum obsidet
Talibus armis.

Tunc enim cura vigilantiore
Praecavet blandas simulationes
Castitas nec quod videat illex
Despicit hostem.

Talibus semper studiis vacabat
Xaverii et cunis sua mens, pudorem
Ne quae candentem maculare quirat
Foeda cupido

Nec nimis vernos caro ne impudicos
Hauriat affectus. meditari acerbis
Accipis poenis, variisq mille
Ictibus urges.

Funibus nodi in speciem retortis
Crura sic stringis, tumefacta utrinq
Vena ut assurgat, saniesq multa
Surgeat ulcus.

Quin et internos penetrans recessus
Funis occulto, tacitoq dente
Mordet obductus cute iam recati
Debile foemur.

Isto ter felix aia, atq, obortum
Virginum turmas sequere acutarum
Concinens agno melos. I. triumphi
Ore per aevum.

Sed extremum iam ordine quidem sic nō dignitate, oroni vocat me bene, in quo
tanquam in brevi epilogo verecūda et praecipua laus, et corona Xaverii,
quam Martyres Martir aemulatus nō meruit modo sibi, d extorsit amplio-
rem. nihi obloquatur dum Martirem appello Xaverium. Qd hoc dicitis Stipendia
bolis, aut nugami et cur Martirem apelles Xaverium, illum quidem,
nullo violatum ense lictoris, nullo carnificis vulnere rubricatum? ubi u...
ubi rota: ubi ardentes faces? ubi per inflicta vulnera effusus cruor? ...

Gratulor tibi de triplici Martys. Apostoli, et Virginis laurea plus tuis
extorta meritis, quam obtenta. Io triumphe Pater Sanctissime Io tri=
umphe atque novem quos superasti angelicam cohortis circumspicipatus agmine.

Scande triumphalem secto ex elephante quadrigam
Victor et astra tuis pedibus tere triplice cinctus
Fronde caput praeclara tui monumenta triumphi
Ito et Apostolicas inter nove Apostole sedes
Fige gradum. Francisce tuis sudoribus ista est
Debita iam dudum merces, age gloria crescet
Bissona turba socio adventante; ô agmen
Ecce aliud nivea fulgens in veste canoros
Fundens ore modos, et non imitabile carmen
Candida gens ieiit quae agnum quocunque sequitur
Te vocat et votis siqueis licet omnibus ambit.
Ô puris miscere choris, castasque choreas
Ô sequere atque agno notum melos accine Virgo.
Quin et victrices ab ipso funere lauros
Vulnera per diram que necem, quae castra tulerunt
Te repetunt Franc. suum Symmartira tot letho
Qui ab simili similem refers sine sanguine palma.
Ô Martir foelix, ô Virgo et Apostole, tractus
Aerios supera in gyrum stipante quadrigam
Pennigeram quae olim cessit tibi victa Cholange
Donec ad aeterni solium regale Tonantis
Pervenias ubi nectareo tuum inebriet haustu
Ipse animum Deus, ipse Deus: sic praelia tandem
Praemia concordi comitant foedere: Lauros

Per bellum per tela fuit lucranda: tumentes
Murmura post Neptunus aquas compescit, et ipse
Sol radiat meliore coma, ablucentia postquam
Nubila decerpit, fumantesque obruit hostes.
Vive isthic felix coeli in regione serena
Francisce et nostrae inter novus accola cives.
Fac numquam subeat nostrum oblivia rerum
Sis nostrae cynosura viae, qua sospite cursu
Littora tandem alacres et coeli secura legamus
Fac vatem, fac virtutum monumenta tuarum
Indocto quamquam evolvente pectine discam
Moliri ipse meto meos tua per vestigia gressus
Nec temne hoc quodcumque est dignabere munus
Ipse meas mortis quod iam prope naufragus undis
Pensum voti discrimine fureis ad aras
En pactam tibi solvo fidem, bone creditor, aequam
Quod si Nemesi sat erit factum, haud tibi totum
Me ~~⁂~~ voveo, aeternum in monumentum, et pignus amoris.

Cecinisse vellem vel melius dixisse.

Oratio eucharistica in annua Apotheosi Sancti benefactoris
Xaverii

Oratio in Conceptione B. M. V.

At pius Omnipotens homini hu͠ij devinctus amore
auxilium celeste parat: mortalibus ęgris:
Cum genus humanum veterum commissa parentum
Penderet exilio, temerata que iura nocerent
Omnibus, et fuso peccati tota veneno
Progenies infecta, procul cęlestibus oris,
Iret ad obsceni regnum captiva tiranni,
Ad nigras sine luce domos, sine sole recessus.
Ad Phlegetontheis ardentia sulphura ripis.
Longa probos, quamvis teneat spes una salutis
Elysiumque pios aliis disterminet oris,
Ætherec tamen arcis, erant ad limina postes
Vectibus occlussi, nullisque adeunda, negabant
Ostia sydereos aditus stellantis Olympi.
Nec satis est hosti quod non felicia regna
Vrgeat: infidus toto deceptor in orbe
Divinos ambit cultus, et Numinis aras,
Crudeles aras, crudelia Numina, fuso
Non nisi per gladios, hominum satianda cruore.
Hęc Deus oppositis reparat virtutibus orta
Damna: velut medicus sapiens contraria morbo,
Applicat pocula, doctus precidere causas
Serpentis vitij ac febris deducere venis.
Per fedus ille super oetedos efferre triones
Cogitat arcis opus, molemque attollere sedis,
At bonus omnipotens a cęli culmine natum
Destinat in terras humilem, qui rector Olympi,
Arbiter, et Dominus mundi totius, inanes
Non sibi divitias, non arroget urbis honores.
implora Materies nostro tua laus sit in ore Camenis,
si per te liceat Virgo gratissima Cęlo:
En trepidus metuo, cęptis ingentibus impar.

Magna

Magna meis tenuare modis, si pondere pressæ
Deficiant vires, nec opus mea vota sequatur.
Expigit æthereos Carmen celeste poetas.
Diva parens igitur vasto succurre labori:
Tu, precor ipsa meæ tribuas navale carinæ,
Deffer, & in portu vento mea vela secundo
Stella mari, lux clara polo, regina beatis
Cælitibus, tu chara Deo, tu sponsa potentis
Virgo parens Christi, nostræ spes alma salutis:
Ipsa fave cœptis, vigilata quæ carmina quondã
Non ingrata tibi: sed quæ memorentur ingenu
Auspiciis, & sponte tua: nã vatibus ipsa
Materies immensa patet, grandeque cothurno
Digna: sed ipse legã veluti libamina florũ:
Tu seriæ memora vati, lux aurea mundo.
Narratio. Condimus historiæ summæ: licet omnia vates
In maius soleant extollere magna Camœnis.
× Isacidũ populis missus Dux inclitus orbis
Dux hominũ, cælique potens, quẽ nulla decerent
Antiqui virosa mali contagia: cuius
Nobile corpus erat divæ genitricis in alvo
Formandũ virtute Dei: super omnia felix
Venter erit, felix animus, felicia matris
Vbera, quæ talẽ lactabunt candida natũ:
Quæ te Christe decent, puræ sine labe parentẽ
Expigies, pura summes à virgine carnẽ.
Illa decus nivei, pectusque immune veneni
Sola ferat, cunctas superet virtute puellas,
Et bona perpetua verset cælestia mente:
Illa tuũ miretur opus, tua numina supplex
Oret in amorẽ firmo conanime mentis:
Corpore, quæ terras habitet, vimentis Olympi
Divina generet celsũ, votis que probandis

Semper.

Semper apud Superos, toto quę fulgeat orbe:
Quę sit Virginibus pretiosę gemma coronę,
Matribus exemplar castę mirabile vitę.
Cęlicolis regina poli veneranda beatis.
Denique Diva ferat nomen commune Parentis.
Talis erat tua Christi parens dignissima cęlo,
Addere, quę generi nostro, mundique tenebris
Ipse parat genitor claro fulgore lucernę.
Rex ideo divinus erat mittendus in orbę,
Dux hominum, probitatis apex, exemplar honesti:
Normaque Christiadis, morum vitęque salubris,
Qui foret, eximia virtute nitesceret. ergo
Excelsi Regis, clarę decet esse parentę.
Secum certus erat cęli dominator, et orbis,
Quę sit sponsa sibi, quę sit regina futura.
Quę pueri genitrix, ubi ventris conderet aulę
Insignę nato, felicis prę parat ergo
Conceptum Marię: nec enim sine numine cęli
Credimus in terris fulgens hoc sidus oriri,
Quod tulit enitens miseris mortalibus Anna.
Anna diu sterilis tennuit consortia lecti,
Ac sine progenie thalamos servabat inanes.
Nondum amissa tamen seris consepibus omnis
Spes erat, ipsa ideo precibus devota pudicis
Instat, et emeritis implorat numina ~~...~~ votis:
Et lachrymis suffussa genas, hęc protulit ore.
Conditor alme Deus, rerum suprema potestas,
Constituis qui iura thori, lectique pudici
In terris vastique iubes cultoribus orbę
(Ne desint) augere nobis senibusque resentes
Substitui, et tellurę reparas, qui damna senectę
Festibus, et longa producis ordine gentes.
Talibus orabat dictis, et pectore supplex

Anna

Anna Dei, passique preces, et vota ferebat.
Audiit illa pius celsi Dominator Olympi:
Annaque concepit vetulo fecunda marito,
Et soboles hec sancta fuit, sine sorde nocenti:
Nq Deus abstersit penitus contagia labis
Antiquę: velut ipse facit splendescere gemmas
Cautibus in mediis, interque asperrima centu
Puniceq florere rosę, seu lilia gratis
Candida, crystallu niveq coalescere rupe.
floruit haud aliter sordis purissima virgo,
Tu pater omnipotens hominu plasmator, et author,
Summaque maiestas, ô cuncta mentibus, orbe
Respice luminibus; fidei procul expulet omnis
Error ab ingeniis, hominu; quos fonte renatos
Abluit vnda sacro, primęque a sperdine labis
Abstergit vitiu, maneant in fędere legis
Vnanimes, quos vnit amor, quos ducit, et vna
Spes opis ętherę, Christus, spes vnica vitę.
Epilogus. Non canimus ludicra Iovis, non ficta Deoru
Colloquia: humanu pure sed virginis ortu.
cuius apud Dominu fulgens idea corusco
Lumine, conspicua precessit origine mundu:
Nec meritu fidei, vitę, virtutis, amoris
finiet vlla dies; cęlesti numine coru,
Sancta vbi mens habitat, sedes vbi grata fuit,
Ipsa ministrabis Domino gratissima virgo,
Tuque viges altas stabilita Sionis ad arces,
Atque tibi grataquies sanctę datur vrbis in aula:
In Solyma te diva manet veneranda potestas,
In populo, que cęlicolu rex auxet honore,
Cuius, et in Domino spes est gloria vitę,
Radices sublimes ages, et fronde virebis.
Nectet amor cęli virgo, sanctique piorum

Consiliu

Concilij tibi diva moras, virtutibus aug,
et meritis toto super exaltaberis orbe.
Surgens cedrus veri libano: velut alta rugressus
Monte super Solyme, celsa super arce Sionis.
Et quasi palma, soly qua se fecundat Idumes:
Ut rosa floriferis redolens Hyericuntis in hortis.
Ac speciosa velut cultis frondescit oliva
fertilis in Campis: platanus velut utilis umbre
Consita propter aquas luementis margine ripe
In plateis fundens ramos, et brachia circu.
Virtutisque tue grati spargentur odores,
Cinnama diffundunt quales, et balsama, quales
Mirha electa Arabis, Statéque, et galbana praesi
florentis Sirie ferulis sudantia, quales
Ungula odora quidem fert, ac data gutta Sabeis.
Instar eris Libani, nullis viduatus ut oli
Arboribus, Silvisque fuit, cesarque securi
Ante cedros, non dum que suo spoliatur honore:
Gratia cu secreta loci prestabat amenos
Usibus humanis lucos: habitacula summo
Sic tua celicoly regi gratissima, sicut
Balsama non alijs admixta liquoribus, alme
Iustitie redolebit amor, sic mense vigebit.
Et Therebinthus utiramos extendit opaca,
Extendes in honore tuo ad sidera ramos
Excelsos; extollet enim te gratia celi.
fuvitis fecunda velut, que palmite ditat
Agricolas, fructuque beat matura colonos:
Sic fructus, moresque tui, sic candida virtus.
Tuque eris o felix divini mater amoris,
Atque timoris eris, qualis reverentia patris
Iusta decet sobolem, nobis abscondita summi.
Tu nosces arcana Dei: te Sancta beato

Spes

Spes alet, et cœli, tutæ terrarum veri,
Et vitæ divusque favor custodiet. huius
Implorate pij cœlesq. si queritis arce.
Fallis inest vtero festus celeberrimus Annæ.
venter, vt intumuit, spes est non parva parenti,
Quæ placidum gestabat onus, cui pondere vires
Augentur, cui non species confecta, nec arcus
Pallida debilitat macies, nec longa tulerint
Aut invisa novæ gravidæ fastidia menses.
Interea novies argentea Luna peregit.
Orbis iter celeri cursu, velabit, et ora,
Delituitque polo toties, sibi lampadis ignes
Oppositus habuit quoties, orbique refulgens
Ostendit faciæ solido splendore corusca.
Annaque conceptum semen paritura gerebat.
Nec grave pondus erat ventri, minimique molestum.
Deposuit facili partu connixa puella.
Sanctaque progenies oritur dignissima cœlo,
Magnaque lux orbi, celebres visura triumphos,
Non partos Bellona tuis, aut Palladis armis.
Sed quos Tartarei tribuit victoribus orci
Alma fides, virtutis amor, spes firma salutis.
Virginis Erigones (si vera est fabula) sydus
Sonitus lustrabat equis, et lumine Titan.
Nobilis æthereas veniens cum lucis adoras
Orta fuit virgo, mores, quæ nupta pudicos
Prima tulit, castos, quæ virginitatis honores
Fœdere coniugij tenuit, sortita virumque,
Virginei, qui iura thori servaverit, almæ
Iura pudicitiæ summo genitore creati
Virginis ipsa parens etiam, quæ rursus adoptat
Orba loco nati, castam coniuge palmæ
Virginitatis habet, laudat decus illa pudoris,

Virginitas

Virginibus virgo semper letatamini stris:
Omnia virgineę gratissima munera vitę.
Talis virgineo festus semel editur astro:
Nec fuit vtilior pomis, aut frugibus vnquam
frugifer autumnus, diuę quam virginis ortus.
Vellere cedat ouans ariens, et prodiga florum
tempora, vernus honos nemorum, lucosque per altos
Concentus auium querulę modulamine linguę:
fertile delicijs ver est, autumnus honore
Nascentis Marię sublimia sydera tangit.
Corpora debilitet quamvis autumnus, et ęgros
Corripiat varijs hominum languoribus artus:
Damna tamen pensat spes opportuna salutis,
Alma parens Christi, quę nobis saborta subitto est.
Pomas cadant igitur, nudetur frondibus arbor,
Deponant arbusta comas, et gramina tellus,
Pręteritos orbis mores: ac virginis ortu
Aurea composito renoventur secula mundo.
Et meritis celso grates reddamus Olympo.
Dixi

Oratio de Virginis Natalitio.

~~[illegible]~~ aggredior diuinam Palladem ficta
illa Pallade nobiliorem (N) aggredior inquam
diuinae Palladis coelestis scilicet mariae natalitium, quod si virginis cum ~~Palladis~~ alicuius natalitio componamus omnium punctis non tantum de Pallade sed
de omnium Dearum natalibus nostra triumphabit
oratio. Virgineam Palladem ex summi Jouis capite
~~esse~~ natam fabulosa nos docuit antiquitas; Mariam + ista augustissimum coeli terraeque conditorem peperit.
diuini numinis mente conceptam vera testatur
religio; illa in Dearum album ~~fuit~~ relata, ista assis orta ab hesperio cubili (ut dicam cum Venusia
lyra) comuni omnium plausu coeli terraeque regina
diuini numinis mater vocitatur. Pallas fortitudinis
tropheum Gorgonis caput in crystallino clipeo celatum
gestat. Maria eburneo pede tartareum draconem
impostorem angelum, truculentiorem belluam in
gloriosissimae victoriae argumentum ouans victrici plantâ conculcat. Illa armis instructa monstrum detruncauit Maria sola oculorum acie armata ab
hac faretra coelestes radiorum nubes iaculatur. Iactet
tam ludricis fabulis exultabunda Graecia Herculeas vires, qui vix natus repens in cuna imbelli dextra
binos serpentes a Junone incitos pernitie immissos
fregerit. Maria vix comunem hanc lucem videt
cum infensissimum humani generis hostem perdidit
et antiqui serpentis caput gloriosius contriuit ut
possem cum Martiale triumphum canere.

Haec iam feminea vidimus acta manu.

Hanc virginem tam felicibus ortam auspiciis. Hanc
~~virg~~ hos natalis in ipso vitae limine palmarum

reportantes

reportantes ingenti et si fas est immensis letitiae argumentis celebremus. Virorum licet illustrium nata litia copioso lacrimarum imbre docta prosequebatur antiquitas, quem etiam morem Causiani, Cesiae gimnosophistae Bragmenes Strabo ex aliorum autoritate referente religiosius observabant, de thracibus in terpsicore Herodotus Valerius Mela Solinus, et Callithias poeta nostri tuli oratione immortalis posterorum memoriae reliquerunt.

Trhaces qui laudes solent qui plangere natos
In lucem quoties edidit alma parens.

Iure quidem optimo natalitiorum letitiam lacrimis gemitibusque funestabant, nonne dignior erat Alexandri macedonis ortus planctu et potius quam gaudio celebrandus rather quoque quoque totius orbis ruina naccebatur et Ephesinae dianae templi deuastatio. Siquidem ipso die quo natus est alexander erostratus scelerata manu gloriae appetens templum totius orbis maximum flamis decineravit nonne racione absonum erat nascentes Xerxem totius gretiae cladem anibalem totius Italiae immanemque neronem ipsis tigribus hircanis truculentiorem festiuis plausibus omnen dare. in mariae vero natalibus mutuatam possimus letitiam oceanum, in quo gestit coelum ridenti prata ac plaudit saliunt fontes et sidera novo quodam splendore conspicua per immensos orbes decurrunt cum divinam intuentur puelam quae depulso stygio Joue a solio quod tyranide occupauerat saturnia regna restituet. et pax sparsa per orbem
Ferrea belligeri compescet limina iani

Solemne quondam fuit urbem aut imperium sub quo die
gravi tiranidis aut conjurationis iugo gemmentem
liberarent hunc diem urbis natalitium vocare sic
Tulius pro flacco eundem diem quo rempublicam
conjuratione reptam liberavit urbis natalitium nominat
et aliter sua cum laude repetit et ingeminat
o fortunatam natam me consule romam.
quo die imperatoris naufragabundam imperii na
vem legibus et armis tanquam duplici archora
obfirmabant diei natalitium indidebant. sic sueto
nius in caligula spartanus in hadriano, cornelius
tacitus de imperio augusti. quo die gloriosam
victoriam ob hostium manibus et armis repor
tabant urbis natalitium vocabant iuvenalis
Palmam inter dominas urbis natalibus equat
hodie quo felicissimus virginis natalis nutantem
pene mundi rempublicam confirmat, tartareas
fudit acies et rebelis supremo septro demones
expugnat, quo depulsis hostibus alta cervice
vagatur libera per ut casinit claudianus ingeminet
Maria o fortunatum natum me virgine mundum
non liberat Maria orbem a lentuli seu cetegi
seu cataline conjuratione sed a demonis a demonis
furore a demonis tiranide quem tot per millia
annorum spatia posseserat hodie Maria celi
regina tartareas acies furore et astu armatas
fregit demonis iras compressit venenata tella et
generis humani ruinam contorta elusit. O diuma
veri numinis sobolem quas tibi totus orbis referret
grates non mihi si linguae centum essent ora q centum
tuos possem referre triumphos tua decantare trophea
ingenii hoc laudum fretum percurrere et elatum mo- felicitate tue
ntem superare o maria victoria ante cetras
orbis victorias nobilior et pulcrior. silant huic
semiramidis

Semiramidis bella Zenobia facta Judith gesta
ille ferratas acies superarunt ista sola et inermis
crudeliores hostes quos nullus dux aut imperator
licet ipse Alexander vicit fudit fregit obruit in tan
to Virginis triumpho quis non exultet letitia gestiat
gaudio tantamque in orbem ingredientem reginam
tacito cum honore et horrore veneretur. Pro deum
immortalem quo gaudio exultavere romani cum
verus sol et lumina principis Romae affulsit cum
per annum integrum ob nefandam Caesaris necem illius
luce et ardore caruissent quanta maiori letitia
totum exhilaravit orbem cum verum Mariae solem omnis
etati consessum vidit plaudite oriente tanto soli
advenienti plaudite triumphanti, plaudite vindici
qui has orbis cimerias suis radiis fugavit o dulcis
Maria sol tuo solo affulge tuo celo iradia tuum
orbem illustra felix et faustusque sit tuus o Maria
in hunc orbem adventus tibi tantum regnum orbi
tantam ~~deus gratulor~~ dominam reginamque gratulor
o felix tanta regina mundus tanta matre hu
manum genus tanto sole coelum tali flore terra
taceant in posterum et omnino sileant omnis antiqui
tatis dea et nostra religio unam collat Mariam
et votis veneretur, ergo age Maria adsis dexter
vocanti iter secunda velis carbasis per eloquentiae
flumina expansis aperitio regina celi ~~mundus~~.
o orbis domina afflecte vocari et tuo nomini
et numini omnis mundi ardere odoribus

calescent

